

Antonio Guaineri's

De matricibus, sive De propriis mulierum aegritudinibus

Deel II

*Aanzet tot een historisch-
kritische teksteditie*

Thesis ResMA History: *societies and institutions*
Peter van den Hooff (s0522473)

Begeleider: prof. dr. P.C.M. Hoppenbrouwers



Universiteit Leiden

[f. a1ra]

Nihil est magnanime princeps¹ ut rem statim aggrediar quod mortalibus nobis felicius contingere possit inmortalitate. Tu ergo qui omnem animum in eam vol[u]pt[atem] iniecisti que homines inmortales facit et [diis] persimilimos puta quam [multis dominari]. Quod Romani viri maximi et sapienti[ssimi et] tui presertim Eneide et alii quam plurimi singulares domini et illustres viri quos tam digne quam magnifice imitaris con[ati] sunt [asse]qui si ad inmortalitatem tuam componendam omnibus studiis intendi[s] si [ill]am [pro]sequi et magnis tuis laboribus et sumptibus desideras factus castor quod te [decet^a] qui nolis torpere non in o[tiis vitam agere] non luxuriis defatigari sed superiora [studes] magna et gloria facinora [tuis novis] studiis superare quod non o[bt]igisse tuis [...] maximis^b [aux]ibus^c [magis for]tunam [pu]dere potest quam te quam [multis modis si respon]dere voluissest ad su[as] ar[tes] exercen[das] magnopere concitasti. Sed ut [eorsum eamus] quorsum intendimus facile enim [aliorsum] me duceret hec tua amplissi[marum] rerum mihi semper pergra[t]a lo[cutio que] magis animo colligi possunt quam verbis explicari aut oratone. Audi queso et patientissimo queso animo audi que tuus Guainerius^d Antonius Papiensis medicine scrutator apud te unum dicere volui non ut ferant consilium illi a quo alii solent consilia petere sed potius ut commemorent ea que et si a multis puto commemorata ab fidelissimo et cupidissimo et tui [per]petui regni amatore eo animo recipi quo sunt edita et humanum [cen]sui et [tue] sapientie quam maximum convenire. Ut ergo illuc redeamus unde nostra exorta [ora]tio est voluptat[em] illam que vere gignit inmortalitatem h[actenus] quisque ni[xibus] prosecutus ex qua [iam illuc prosilvist]i [ut] si vivant secula hominum [infinita]. Infin[ita] tua sit gloria et inmort[alitas] [o]p[orteat]. **[f. a1rb]** Ver[um han]c inmortalitatem et si operibus [cons]ecu[tus] es et illam augere longioribus viribus momenti studeas non iniquum fuerit aliam te etiam studiosissime assequi inmortalitatem quam omnes homines ad in omne brutorum genus et quicquid semine concresci que[at] natura desiderat puta te ipsum in filios propagare tuum semen in longiores propagines effundere quod nisi natura tantis desideriis omnibus in rebus

¹ Hoewel hij in *De matricibus* nergens met naam en toenaam wordt genoemd, is dit werk opgedragen aan Filippo Maria Visconti (1392-1447), hertog van Milaan. Dit is onder andere op te maken uit de incipits van verschillende handschriften van *Verhandeling over de baarmoeder*, zoals Vaticaanstad, Biblioteca Apostolica Vaticana, Fondo Vaticano Latino, MS 3163, 15^{de} eeuw, f. 1r-80v en Oxford, Bodleian Library, MS Canon. Misc. 29, 15^{de} eeuw, f. 1r-113r: 'Incipit tractatus de egritudinibus propriis mulierum ad magnanimum principem Philippum Maria Angulum Mediolani ducem et Papie Anglerieque comitem ac Ianue dominum' (Thorndike, *History of magic* 672-3).

^a *decet*: 1525 en 1534: *docet*

^b *tuis [...] maximis*: in alle latere gedrukte uitgaven: *tuis maximis*

^c *[aux]ibus*: 1525 en 1534: *anxibus*

^d *Guainerius*: ante corr.: *Guanerius*

[pro]p[rium] et desiderabile [impl]icuisset iam [du]d[um hec] mundi facies quam videmus pul[che]rr[imam] per[iisset] et in chaos id neglectum omnia conci[dissent que] am[or]e multiplicationis in[nato consistunt adhuc] et sunt [lo]ngius con[statura]. Quod [si forte hoc minoris faceres dices et existimares sola illa contentus inmortalitate quam ipse tu per te^a nihil ad intus aliunde] magnis ingeniis consecutus es adhuc] et maximam et labo[ras] consequi [vide ne maiorem] in errorem cadas [quinimmo prospice] quid tibi prop[onas] et ipsi quidem Ce[sa]ri legimus [nihil] magis ap[ud se conquestum] esse nisi quod filii [in]op[s cui orbem terrarum] tantis artibus tantis peric[ulis a]cquisitum relinquere nesciebat et si in nepotem haberet quem filii [loco constituiss]et qui si unicum [tantum fil]ium hab[uiss]et quis du[bitat] illa in [eu]m inexcog[itata a]uda[x] nim[ium] et [temeraria] m[ors] pen[itus] non [fuisset vix]i[sset] longius et pleniores im[mortalitate]m [adeptus esset]. Adaugent [enim filii^b] p[arentum animos] et in rebus m[aximis efficiunt studiosiores]. Multe sunt [dux] magna[nime] in [procre]atis filiis comoditates. Om[ittamus dilectionem] quam omnes patres [uno ore in possidendis liberis] affirmant primam ipsum utile discernamus]. Et [ne in aliis exempla accipiamus quam in te accipiuntur certiora quis est qui iam te regere esse Italie non dixerit non huius magni mundi prope monarcham affirmaverit qui ea tempestate natus es] in qua omnis regio [tumultu pulsa est armis und]ique la[cerata] *[f. a1va]* potuisti Hercule si filium habuisses qui tuam inmortalitatem in suam vitam convertisset omnes populos omnes dominos totius christiane fidei tibi aut vi que tibi est et fuit maxima aut amore aut gratia obsequentes efficere. Multi enim tuis rebus aut prodesse nolverunt aut obesse ausi sunt quis te unum et non plures cognoverunt. Multi enim tibi fidem non servaverunt qui si tibi natum ullum intellexissent postremas sortes priusquam tibi deficere substinere constituerint. Sed cesso tibi hoc persuadere rationibus quod omnes verissimum oculata fide consciunt quod tu multo melius intelligis quam ipse dicendo consequi possim. Illud mihi aptius superest ut declarem tibi quibus rationibus in sobolem sit veniendum quas et si peritissimis illis meis dilectissimis preceptoribus magistro Luchino Beloculo¹ et Iohanni Francisco

¹ Over het leven van Luchino de Belloculus (Luchino Bellocchi) is maar weinig bekend en de schaarse biografische gegevens spreken elkaar bovendien veelal tegen. Het is wel zeker dat hij vanaf 1390 docent was aan de universiteit van Pavia, Piacenza en later weer Pavia. Nadat hij hier om onbekende redenen in 1408 zijn taak moest neerleggen, werd Bellocchi lijfarts van Theodoor II Paleologus, de markgraaf van Monferrato, en na diens dood in 1418 van diens weduwe Margaretha van Savoye. Vanaf 1431 tot aan zijn dood in januari 1440 was Bellocchi ten slotte lijfarts van Filippo Maria Visconti, hertog van Milaan en ex-man van Theodoors dochter Sofia. Bellocchi heeft weinig werken nagelaten en degenen die aan hem zijn toegeschreven zijn helaas verloren gegaan. Hij dankt zijn bekendheid dan ook vooral aan Guaineri die in verschillende van zijn werken vol lof over hem spreekt (Thorndike, *History of magic* 220-1; A. Simili, 'Bellocchi (de Belloculus) Luchino', *Dizionario bio-*

^a *per te: 1508: parte*

^b *Adaugent [enim filii]: 1508: Adaugent filii*

Balbo¹ qui tue vite curam habent notories esse non dubitem cum eos me ipso qui hoc admovere audeo longe callidiores sciam. Statui tamen cum tuam vitam intelligam salutem esse totius ausonie que omnis ad te respicit cum tuam Liguriam te superstite felicissimam et reginam provinciarum futuram esse existimen. Cum ipse Papiensis tuus nesciam meam voluntatem continere que promptissima tuis accumulandis dignitatibus et comodis est atque paratissima ea tibi de causis et egritudinibus mulierem quibus conceptio impediri solet in hunc tractatulum cogere que possunt lecta et tuis phisicis semine agitata iuvare et istam tam diuturnam gignendi difficultatem ammovere quam tamen nihil despero si his illam consiliis iuveris et antidotis qui meis in scriptulis paratam invenies in sobolem prompturam. Hoc ita mihi persuadet quod ex te iam proles ex orta ac genus unde originem cepit illa tu illustrissima consors a quo vel nulle vel raniscule invente sunt non parturientes mulieres. *[f. a1vb]* Dii boni quanta populos tuos Ytalie voluptas invaderet si eam audierint ex duce clarissimo natam duci magnanimo copulatam filium parenti et viro persimilem enixam fluerent homines in gaudia domini tuas fortunas sequentes et urbes se ipsos pre leticia non caperent. Hostes nihil audirent Lugubrius nihil inutilius expectarent quos si fata sinant si que apud te excogitantur in lucem dii mittantimpunes non preteribis suarum temeritatum. Modo ille Achilles comes Franciscus² et ille Scipio Nicolaus Piceninus³ tuis castris imperent que hactenus magna vi magnisque ingenii substinerunt et semper in hostes prosperrime exercuerunt. Tu autem dux gloriosissime ad id animum convertas tuum quod tibi propositum est oro et non hominem quam ut voles existimabunt sed rem ipsam si frugi censueris prosequeris. Meum volo officium fuerit ad eam rem tuum prudentissimum ingenium persuadere quam mihi cum multis putavi tibi etiam parenti futuram voluptuosissimam et aucturam illam inmortalitatem quam iure omnibus mundi rebus proposuisti.

Vale.

grafico degli Italiano 7 (1970) 751).

¹ Johannes Franciscus Balbus (Giovanni Francesco Balbi of Gianfrancesco Balbo) († >1450) was een inwoner van San Giulio in het bisdom Novara en doceerde geneeskunde aan de universiteit van Pavia. Hij heeft in die hoedanigheid ook Guaineri onderwezen. Later werd hij net als Bellocchi lijfarts van Filippo Maria Visconti. Over Balbi is verder zeer weinig bekend (Thorndike, *History of magic* 220-1; Bonino, *Biografia medica* 51-2).

² Franciscus Sforza (1401-1466) was een *condottiere* (aanvoerder van een huurlingenleger) die verschillende keren aan de zijde van de heersende Visconti-dynastie oorlogen uitvocht. Hij verloofde zich in 1432 met de toen achtjarige Bianca Maria Visconti, de bastaarddochter van de hertog. Ze trouwden in 1441. Nadat Filippo Maria ondanks Guaineri's aanbevelingen in *Verhandeling over de baarmoeder* zonder wettelijke opvolger was gestorven, zou Sforza hem na een kort machtsvacuum opvolgen als hertog.

³ Niccolo Piccinino (1386-1444) was een *condottiere* uit Perugia. Nadat hij een korte periode had gediend onder de Florentijnse Republiek, koos hij in 1425 de zijde van Visconti. In diens naam vocht hij onder meer in de Lombardische oorlogen tegen de liga van paus Eugenius IV, Venetië en Florence.

[f. a2ra]

Incipit tractatus de matricibus editus per magistrum Anthonium Guaynerium artium ac medicine doctorem egregium Papiensem.

[T]ractatus huius intentio est tam ex parte viri quam ex parte mulieris conceptionem causas impediantes curandi doctrinam dare verum mulierum proprie egritudines hoc efficiunt sepe. Eas igitur ut conceptio consequatur ammoveare necesse est quod secundum capitulorum ordinem qui sequitur hiis tractatulis exequi te docet.

Capitulum primum de notificatione matricis et significationibus ipsius.

Capitulum secundum de causis et signis tam pronosticis quam demonstrativis retentionis menstruorum.

Capitulum 3 de cura retentionis menstruorum si colera flegmate^a existente in causa.

Capitulum 4 de cura retentionis menstruorum si colera fuerit in causa.

Capitulum 5 de cura retentionis menstruorum a melancolia provenientis.

Capitulum 6 de causis et signis tam pronosticis quam demonstrativis suffocationis matricis et de cura.

Capitulum 7 de causis et signis tam pronosticis quam demonstrativis apostematum matricis cancri et ragadiarum.

Capitulum 8 de cura apostematum matricis calidorum qualitercumque terminentur.

Capitulum 9 de cura apostematis matricis frigidi ac apostematis indurati in cancrum tamen nondum conversi.

Capitulum 10 de cura cancri matricis tam ulcerati quam non ulcerati ragadiarum ac ulcerum malignorum.

Capitulum 11 de pruritu matricis et priapismo.

[f. a2rb] Capitulum 12 de emorroydibus matricis et moris ficubus clavis sive verucis et carne^b addita.

Capitulum 13 de precipitatione matricis.

Capitulum 14 de humiditatibus matricis.

Capitulum 15 de causis et signis tam pronosticis quam demonstrativis superfluentium menstruorum.

Capitulum 16 de approximandis ab intra in cura superfluitatis menstruorum ab emorroydibus matricis provenientis seu ruptura vene facta a causa primitiva seu mordicativa sanguinis

^a Cf. de aanhef van hoofdstuk 3 op f. a4vb.

^b *carne*: ante corr.: *cancre* (cf. de aanhef van hoofdstuk 12 op f. b6ra).

acuitate quovis modo caliditate dominante.

Capitulum 17 de approximandis ab extra in cura superfluitatis menstruorum ab emorroydibus provenientis matricis seu ruptura vene facta a causa primitiva seu mordicativa sanguinis acuitate caliditate quovis modo dominante causata.

Capitulum 18 de cura superfluitatis menstruorum propter virtutis debilitatem provenientis frigiditate quocumque dominante.

Capitulum 19 de causis sterilitatis ac difficultatis impregnationis.

Capitulum 20 de signis tam pronosticis quam demonstrativis sterilitatis ac difficultatis impregnationis.

Capitulum 21 de cura difficultatis impregnationis que ex causis pluribus tam viro quam mulieri communibus provenire potest.

Capitulum 22 de cura difficultatis impregnationis a flegmatica matricis humiditate provenientis.

Capitulum 23 de approximandis ab extra que matricem ad conceptionem quam maxime preparant queque a proprietate impregnationis difficultatem removent.

Capitulum 24 de approximandis ab extra que in coitum prestant delectationem et que a proprietate Venerem sopitam excitant.^a

[*f. a2va*] Capitulum 25 de pulveribus confectionibus aliisque ab intra sumendis plurimisque veneri materiam requisitam adaugent ac eam ad actum proprium gaglarditer^b adiuvant.

Capitulum 26 de cura difficultatis impregnationis a colericis matricis humiditatibus provenientis.

Capitulum 27 de cura difficultatis impregnationis que a matricis sanguineis humiditatibus provenit.

Capitulum 28 de cura difficultatis impregnationis que provenit a matricis humiditatibus melancolicis.

Capitulum 29 de cura difficultatis impregnationis que a siccitate sola seu caliditate vel frigiditate provenit.

Capitulum 30 de fetus seu embrionis generatione.

Capitulum 31 de signis impregnationis masculinitatis causis et signis geminorum et de superimpregnationis¹ causa.

¹ Superfoetatie ('superimpregnatio') is een uiterst zeldzame situatie waarin een vrouw tijdens de zwangerschap opnieuw bevrucht wordt. Indien beide zwangerschappen succesvol verlopen, worden de kinderen op dezelfde

^a *excitant*: ante corr.: *exitant*

^b *gaglarditer*: ante corr.: *galarditer* (cf. d3rb (2x), d4rb)

Capitulum 32 de causis mole significationibus ac cura.

Capitulum 33 de causis ac signis aborsus de preservatione ab eo et de pregnantis regimine.

Capitulum 34 de modo aborsum provocandi.

Capitulum 35 de partus difficultate.

Capitulum 36 de extractione^a secundine.

Capitulum 37 de regimine enixe.

Capitulum primum de notificatione matricis et significationibus ipsius.

[M]atrix est membrum a natura pro conceptione deputatum inter vesicam et intestina situm dorso sumini ac ossilato colligatum duabus cum tunicis creatum quarum intrinseca venosa *[f. a2vb]* et extrinseca substantie nervee similis concernitur ambabus unico cum collo ad extra protenso cuius orificium ex venis et subtilibus ligamentis ante libationem contextum intrinseco ori opponitur.

Natura de specierum perpetuitate sollicita in mulieribus intrinsecam matricis tunicam venis contexuit aquarum orificiis congruo tempore menstrua que a vulgo methaforice flores nuncupantur effiuunt sicut enim floribus carentes arbores fructus non ferunt sic necnon menstruantes mulieres.

Ipse virorum comparatione frigide sunt et humide multum que humiditas in eis calorem ebetat cuius causa superfluitates generantur plurime in eis quam matricis in venis congeruntur.

His cum natura gravatam se sentit per venarum ora ad extra pellere eas conatur quod in naturaliter se habentibus fit mense omni diversis quamvis in poribus et hoc diversitate lune aspectus provenit cui secundum Ptolomei sententiam quarta parte sui *Quadruplicati* octavo capitulo quatuor quartas attribuimus primo a sui apparitione ad dyacotomitatem primam seu semi illuminationem usque provenit quam calide et humide complexionis fore experimento cognitum ab hac ad plenilunium secunda pertingit et hec calida est et sicca tertia frigida et sicca a plenilunio ad dyacotomitatem secundam usque perdurat et ab hac usque ad solia coniunctionem quarta perdurans frigida et humida censetur.¹

dag geboren, hoewel ze geen tweeling zijn.

¹ Guaineri verwijst hier incorrect naar lib. IV, cap. VIII. C. Ptolemaeus, *Quadruplicatum* in: idem, *Quadruplicatum. Scientia projectionis radiorum stellarum. Centiloquium* (Venetië: Erhard Ratdolt 1484) lib. I, cap. VIII f. a2va-f6rb, aldaar f. a5vb: 'Luna item et tres erraticae stellae soli supraposite diminutionem et augmentum in suis propriis viribus assumunt scilicet figuram quas in collatione solis effigunt. Luna namque a sua prima corniculatione usque ad suam primam dicothomitatem humectat et inde usque ad plenilunium [sic] calefacit et inde usque ad dicothomitatem secundam desiccat deinde usquequo occultetur et in directo solis existat infrigidat. Stellae vero matutinales ex quo apparent de sub radiis solis usque ad suam stationem primam magis humectant et

^a *extractione*: ante corr.: *extractone*

Hanc ob causam puelle in prima adolescentiores in secunda consistentes prime in tertia et alie in quarta quadra menstruantur ut plurimum unde si menstruorum retentio eis preter naturam affuerit ars cum naturam imitetur ad ipsorum provocationem duabus in primis quartis puelle et ad consistentiam usque zaphe[f. a3ra]narum flebotomiam fieri iubemus consistentibus vero ad finem usque senii in duabus quartis aliis.

Ideo in vulgari versu Avicenna luna vetus veteres iuvenes nova luna requirit.¹

Ex his secundum lune etatum diversitatem diversam mulieribus complexionem attribui liquet nam in prima menstruationis estate calide dicuntur et humide esto magis humide. In secunda calide et sicce calide tamen magis. In tertia frigide et sicce, sicce quamvis plus. In quarta frigide et humide magis tamen humide et hoc per accidens.

Mulieres namque caloris defectu in parte secunda consistentie quam ante plures habundant in superfluitates et si complexionis etative merito ad frigiditatem et siccitatem declinant magis. Ea ergo de re talem etativam complexionem frigidam et humidam dicimus.

Ex his namque causa diversitatis temporis menstruationis manifestatur nobis.

Menstruum quam superfluum quoddam alimenti quod in alende substantiam non convertitur quidam esse volunt aliud nihil.

Et dicitur menstruum a mense et mensis a *menne* Grece quod ut ait Ysidorus *Etimologiae* quinto Latine lunam sonat.² Sana namque mulier et in estate debita existens mense menstruari debet in quodlibet.

Nec est menstruum mulieris sperma ut volverunt nonnulli.

Ipsum enim est quedam humiditas salivalis alba ab ultimo alimento resecata et intestinalis

a statione sua prima usque ad vespertinam ascensionem magis calefaciunt et in usque ad stationem secundam plus desiccant a qua usque ad suam occultationem magis infrigidant.'

¹ De editeur is er niet in geslaagd deze verwijzing naar Avicenna te traceren. De stelregel 'Luna vetus veteres iuvenes nova luna requirit', die betrekking heeft op de relatie tussen de schijngestalten van de maan en de verschillende leeftijdsfasen van de mens, komt ook voor in *Regimen sanitatis* van Konrad von Eichstätt (± 1300), *Chirurgia magna* van Guy de Chauliac (1363) en *Hortulus animae* (eind 15^{de} eeuw) (H. Walther, *Proverbia sententiaeque latinitatis medii aevi. Lateinische Sprichwörter und Sentenzen des Mittelalters in alphabetischer Anordnung* II. Carmina medii aevi posterioris Latina 2 (Göttingen: Vandenhoeck & Ruprecht 1964) 779 nr. 14111; C. Hagemeyer, *Das Regimen sanitatis Konrads von Eichstätt. Quellen-Texte-Wirkungsgeschichte* (Stuttgart: Franz Steiner Verlag 1995) 88; Arnaldi de Villanova, *Opera medica omnia* IV *Tractatus de consideracionibus operis medicine sive de flebotomia*. M.R. McVaugh en L. Demaitre ed. (Barcelona: Edicions Universitat Barcelona 1988) 90 n. 260; J.W. Clark, *The observances in use at the Augustinian priory of Saint Giles and Saint Andrew at Barnwell Cambridgeshire* (Cambridge: MacMillan 1897; herdruk Cambridge: Cambridge University Press 2011) lxxi).

² Isidorus Hispalensis, *Etimologiae* (Augsburg: Günther Zainer 1472) lib. V, cap. VI (f. 77v): 'Mensis nomen est Graecum, de lune nomine tractum. Luna enim *mene* Graeco sermone vocatur. Unde et apud Hebreos menses legitimi non ex solis circulo, sed ex lune cursu numerantur, quod est de nova ad novam.' Voor Guaineri's voorliefde om etymologie te gebruiken om de verborgen waarheid binnen de structuur van woorden te ontdekken, zie Jacquart, 'Theory, everyday practice', 143-4, 156, 160. Vergelijk ook Guaineri's uitleg van de herkomst van de Latijnse woorden 'emorroydae' (i.e. 'haemorrhoidae'; f. b6rb) en 'mola', een tumor in de buik die er voor zorgt dat een vrouw zwanger lijkt (f. e2rb-va).

generata mulieris ad generationem deputata finaliter propter quod Galenus in suo *De spermate*¹ ad embrionis generationem necessario effectine concurrere probare visus est cuius oppositum philosophorum princeps in *De animalium generatione*² studuit certificare.

Et quia in sequentibus matricis complexionem noscere perutile tibi est.

Matricem calidam esse pilorum crisporum multitudine circa pudibunda ipsorum [*f. a3rb*] atque emissione citissima cognosces cuius menstrua ad citrinitatem declinantia diem tertium non transibunt ut plurimum venerem diligunt semen emittunt cito et in coitu delectantur maxime ad tactum calide sunt.

Sunt et sitibunde atque ceteris animose magis labia exsiccata deferunt quasi semper velocioribus in motibus ac aliis actionibus sunt quibuscumque pulsus velox his est et urina intensa satis, quod si cum hoc humores calidi in matrice forens in ea pondus et gravedinem accipiunt manifeste.

Frigida matrix pilorum retardat ortum paucos et exiles emittit frigiditas in ea sentitur menstrua ad albedinem declinantia sunt et paucum coitum appetunt parum semen emittunt tarde et in eo delectantur modicum ad tactum frigide sunt et labia humida fere habentes semper parum sitiunt sunt pusillamines ac immotibus suisque in omnibus actionibus pigre, pulsus tardus est et urina tenuis et alba que omnia si frigidis humoribus coniuncte sint cum gravitate pondus in matrice aderit. Matricis siccitas ex siccitate et tenuatione totius cognoscitur, vulve labia sicca habent semper menstrua emittunt pauca et esto in coita semenis fere emittant nihil in eo tamen delectantur maxime pulsus durus est ac urina tenuis. Humidam matricem ex multa menstruorum fluida quantitate cognosces vulve labia humida deferunt semper in coitu delectantur parum ac propter abundantem humiditatem viris non sunt grate fiuntque earum matrices adeo lubricae ut semen retinere haud queant, pulsus mollis est et urina spissa. Ex prefatis igitur signis quarumcumque matricum complexiones simplices comprehendes manifeste que cum insimul coniungi possunt frigiditas simul cum h[*f. a3va*]miditate aut siccitate et cum his quoque caliditas composita si fuerint signa permixta erunt. Et cum in sequentibus hec tibi necessaria sint illa vene menti recollige.

¹ De editeur is er niet in geslaagd deze verwijzing naar Galenus te traceren. Galenus' *De spermate* (= *De semine*) moet niet verward worden met pseudo-Galenus' *De spermate* of *Microtegni* (O. Merisalo en P. Pahta, 'Tracing the trail transmission: the pseudo-Galenic *De spermate* in Latin' in: M. Goyens, P. de Leemans en A. Smets ed., *Science translated. Latin and vernacular translations of scientific treatises in medieval Europe* (Leuven: Universitaire Pers Leuven 2008) 91-104, aldaar 92-3; incipit van Galenus' *De semine*: 'Incipit liber Galeni de spermate qui dicitur de zogonia, id est de animalium generatione.'; incipit pseudo-Galenus' *De spermate* of *Microtegni*: 'Incipit alius liber de spermate Galeni ascriptus.').

² De editeur is er niet in geslaagd deze verwijzing naar Aristoteles te traceren.

Et hec de notificatione matricis ac ipsius significationibus^a.

Capitulum secundum de causis et signis tam pronosticis quam demonstrativis retentionis menstruorum.

[S]ana mulier existens debita in etate menstruata debet omni mense naturaliter quod si non fiat^b plurimas ac diversas ut in sequentibus apparebit ob hoc egritudines incurrit.

Nota ergo quod causa preternaturam retentionis menstruorum extrinseca et intrinseca cum humoris vicio et sine esse potest.

Ab extrinseca quod a quaque re non naturali humiditates consumente provenire contingit puta ab aere calido excessive seu frigido vel sicco.

A cibo quoque nimium calido humores ad urente aut frigido nimis congelante vigilia nimia ieunio superfluo seu abstinentia accidentibus anime immoderatis ira maxime excessiva tristitia seu solicitudine et exercitio superfluo, quod ut omnia in unum concludam non solum dicta verum illa in causa esse possunt omnia que nostri corporis confumere humiditates sufficient ut ethica ptisis quaterna et consimiles ac etiam tam cronice quam acute egritudines omnes fluxus quoque sanguinis narium seu cuiusvis membra alterius idem efficere potest.

Nimia item pinguedo seu caro addita venarum ora opilans a ragadiis apostimatibus seu ulceribus in matrice cicatrices exorte.

Et has tanquam causas extrinsecas retentionis menstruorum assignamus.

Causis ab intrinsecis retinentur et menstrua sine humoris vicio ut puta a calore frigiditate seu siccitate nam colericis ipsarum propter caliditatem superfluam [*ff. a3vb*] et siccitatem attenuatis hoc accedit plerumque ac etiam propter frigiditatem nimiam ac siccitatem idem melancolicis.

Cum humoris vicio retentio menstruorum venit ut plurimum nam sanguis colericus propter caliditatem ingrossatus venarum vias oppilando hoc efficit sepe ut sanguis flegmaticus sive melancolicus frigiditate humores condensans in summa ergo preternaturalem menstruorum retentionem a caliditate frigiditate vel siccitate cum humoris vicio vel sine fieri contingit.

Demonstrativa signa si sine humoris vicio a frigiditate proveniat paucula menstrua aut nulla habebit cum quibus superfluitates emittet nullas de coitu parum curat urina eius tenuis existit et alba et in matricis fundo esto frigiditatem sentiat pondus seu aggravationem percipiet nullam.

Si a caliditate sola proveniat in matrice caliditatem manifestam sentiet coitum maxime

^a *significationibus*: ante corr.: *fignificationibus*

^b *fiat*: ante corr.: *fat*

appetit cuius urina tenuis ac multum colerica erit.

Siccitas vero venarum corrugans ora menstrua detinet et tunc in matrice caliditas aut frigiditas sentitur nulla coitum parum appetit urina tenuis erit et clara.

Et de predictis omnibus complexio totius habitudo tempus anni regimen precedens regio ars et similia pro iudicando te iuvabunt quammaxime.

Menstruorum retentio humoris sine vicio raro accidit, cum vicio plerumque puta flegmatis colere aut melancolie. Quodvis enim istorum in causa si fuerit signa hec aderunt communia scilicet aggregatio ab umbilico ad muliebria usque dorsi frontis colli ac spatularum cum dolere oculi propter matricis cum eorum radicibus colligantiam dolebunt cum quo sub his existentia loca livent gravitas palpebrarum ancharum atque coxarum sentitur facies discolerata manet fastidium adest [**f. a4ra**] stomaci cum appetitu in naturali ita ut nonnullae ob hoc se pregnantes iudicent sepe^a.

Hec igitur signa omnium menstruorum retentioni cum humoris vico erunt communia plus tamen minusve secundum humoris retenti quantitatem.

Ac mulier pregnans non existens in mammillis si lac habuerit Ypocrate teste *Afforismorum* quinto menstruorum retentionis signum est.¹

Signa propria si menstruorum retentio a flegmate provenerit palpebre livescunt ac sub tumescunt frigiditas in fundo matricis sentitur et menstruorum tempore mucillaginosas superfluitates flegmaticas emittit.

Et si coitum appetant propter matricis humorositatem parum in ipso delectantur in cuius actu humectantur multum unde ab hoc viris tales non multum gratae fiunt urina discolorata sive lactea ac pinguis seu spissa erit et in septimana qua prorumpi menstrua debent intenduntur hec omnia quod etiam in omni menstruorum retentione humoris cum vicio proveniente commune est quod si certior fieri cupis etatem naturalem complexionem regimen precedens regionem tempus anni et similia consider que si flegmati consenserint certior fies tunc.

Melancolia existente in causa dolorem ac ventositatem in profundo matricis velut auram sentiet. Coitum quamvis appetat. In actu tamen delectatur modicum.

Circa matricis orificium stupor et insensibilitas existit quedam, urina obscura est et livida quandoque aliquando vero tenuis et remissa cum quo si complexio naturalis melancolica fuerit precedens regimen et alia huiusmodi humoris melancolico attestantur melancoliam fore

¹ Hippocrates, *Aphorismi* V.38 in: idem, *Articella seu Opus artis medicinae* (Padua: Nicolaus Petri ca. 1476) f. a2ra-h1ra, aldaar f. e7va: 'Si mulier que neque pregnans: neque generavit lac habet: huius menstrua defecerunt.'

^a *sepe*: ante corr.: *sep*

in causa iudicabis.

Si colere defectu menstruorum retentio fuerit siccitatem duriciam calorem ad dolorem circa matricem pungitiuum sentiet.

Coitum appetit valde et in *[f. a4rb]* actu delectatur plurimum ad emissionem spermatis venit citissime cuius causa viris grata tales fiunt magis labia sicca ac scissa deferunt palpebre citrinescunt^a urina ruffa aut subruffa erit et sibi panni et alie infectiones cutis apparent magis quod si naturaliter colerica fuerit usaque cibis coleram multiplicantibus cui etiam tempus anni regio ac similia consentiant in causam esse coleram haud dubites.

Cupiens se tamen de his certiore fieri pannum lineum subtilem menstruis si que habuerit intinctum et in umbra desiccatum seu leviter lotum inspiciat cuius color si citrinus fuerit causam huius coleram scias si albus flegma si lividus melancoliam.

Amplius menstruorum retentio si a pinguedine proveniat nimia ex habitudine mulieris discernes. Si ex siccaticibus aut carne addita sive ex anime accidentibus vel vigiliis ieunio fluxu sanguinis quovis superfluo exercitio ad excessiva aeris caliditate seu frigiditate aut a quibusuis egritudinibus aliis tibi talia semper patientis narratione nota fies et hic de demonstrativis signis finis esto, libet nunc de pronosticis subiungere aliqua urina egritudinis huius solutionem demonstrat nonnunquam ut habitum est retentionem aliquando.

Pro quo nota quod urina lactea et spissa aut obscura et livida menstruorum retentionem aut matricis dolorem denunciat.

Tenuis vero et alba ruffa aut subruffa in ea si squamose resolutiones et signe affuerint idem protendit cuius causa nam matricis venis opilatis ad epar materia retrocedit et sic resolutiones cum urina commiscentur plures et hanc ob causam livet etiam. Cumque ex urina consimili super spumalium dispositionem arguere possis inter hoc et id discernere scias inflammatio *[f. a4va]* cum gravitate si sub umbilico apparverit fueritque totius gravitas cum pectinis renum anchorum et genuum dolore urina ut circumstantionata apprens super retentionem menstruorum significat his tamen non apparentibus vel ex his pluribus illud certum signum non est urina vero nigra perseverans alleviationem infirme denunciat menstrua tunc provocant facile. Si velut lotura carnis ut contingit nonnunquam aut alba subtilis valde vel lactea spissa fuerit menstruis retentis de istarum egritudinum aliqua timendum erit ut est ydropisis podogra matricis suffocatio ptisis tussis dolor capitis mania melancolia epylentia paralisis oculorum caligo et breviter de egritudinibus omnibus materialibus que in capite venis membris nutritivis aut spumalibus fieri possunt timendum est cum vicio humoris

^a *citrinescunt*: ante corr.: *citnescunt*

preternaturam menstruorum retentio omnium de repletione egritudinum puta febrium apostematum et cetera causa esse possit.

Hec quoque solito plus coitum appetunt. Sperma enim mulieris menstruorum propter retentionem retentum in veneni naturam mutatur quod tanquam nocivum expellere appetunt naturaliter quod nisi per coitum fit.

Pluribus ex his maxime ex affuetis coitum non coeuntibus suffocatio matricis accidit sepe anhelitus quoque difficultas. Sincopis tremor cordis aut tale aliquoud et plurime ob hoc prefocate pereunt, quod si viragines fuerint barba his nascitur in piloso loco pili multiplicantur et tandem earum forme corrumpuntur. Cumque curam non recipiant moriuntur.

Si fluxus sanguinis narium emorroydarum aut sanguinis vomitus his evenerit dolor capitis ut Ypocrate *Afforismorum* quinta¹ mania vel melancolia vel aliqua talium [f. a4vb] egritudinum ob hoc gemita solvetur. Mulier si propter ipsius caliditatem aut naturalem siccitatem menstrua non habuerit in ea menstrua retinere non dicimus ymo potius menstruis carere et sic quam sterilitatem in ea pronosticare debes aliud nihil.

Esto ille medicine verus interpres magister meus Iacobus de Forlivio² super prima primi mulierem parentem menstruis sepe concipere monstravit aperte. Et adolescentiam pregnantem que nunquam menstruaverat mea in cura habui. Aliam quoque que partus plures edidit nec menstrua nisi tempore partus videbat unquam.

Et per hec de causis et signis tam pronosticis quam demonstrativis menstruorum hic finis sit laus Deo.

Capitulum tertium. De cura retentionis menstruorum flegmate existente in causa.

¹ Hippocrates, *Aphorismi* V.31 en 32 (f. e6vb): 'Mulieri sanguinem vomenti menstruis supervenientibus solutio fit.'; 'Mulieri menstruis deficitibus sanguinem ex naribus fluere: bonum est.'

² Jacobus Forliviensis (Jacopo da Forlì Jacopo della Torre), tussen 1320 en 1330 geboren te Forlì, onderwees vanaf 1383 logica, filosofie en later ook geneeskunde aan de universiteit van Bologna en Padua, waar Guaineri les van hem kreeg. Hij schreef verschillende commentaren op *Aphorismi* van Hippocrates, *Tegni* van Galenus, *Microtegni* van pseudo-Galenus en op een deel van *Canon medicinae* van Avicenna (getiteld *De generatione embrionis*). Deze commentaren zouden tot ver na zijn dood in talrijke uitgaven verschijnen. Uit zijn werken komen zijn galenistische ideeën duidelijk naar voren. Zo beschreef hij onder meer hoe elke planeet van invloed is op een specifieke maand van de zwangerschap. Hij stierf op 12 februari 1414 (A. Hirsch, 'Torre Giacomo della T.' in: E. Albert et al. ed., *Biographisches lexikon der hervorragenden ärzte aller zeiten und völker* V (Berlijn / Wenen: Urban & Schwarzenberg 1934) 611; I. Hort, 'Jacopo di Forlì' in: W.E. Gerabek et al. ed., *Enzyklopädie Medizingeschichte* (Berlijn: De Gruyter 2005) 686; Thorndike, *History of magic* 221; meer inhoudelijk zie G. Bawidamann, *Die Quästionen des Jacopo da Forlì zu Avicennas Lehre der Entstehung des Embryos. Ein mittelalterlicher Lehrtext* (dissertatie Friedrich-Alexander-Universität Erlangen-Nürnberg (FAU) Neurenberg 1988); H. Magnus, *Superstition in medicine* (New York / London: Funk & Wagnalls 1908) 157-8; J. Cadden, *Meanings of sex difference in the Middle Ages. Medicine science and culture* (Cambridge: Cambridge University Press 1993) 112, 118, 121-2, 132, 154, 159, 170, 196-201; B.L. Gordon, 'Oculists and occultists. Astrology and the eye', *Archives of Ophthalmology* 25 (1941) 36-61, aldaar 56).

[M]orborum cura eos causarum efficientium in remotione constat que contrariis philisophorum scola clamante fit.

Menstruorum igitur retentionis causa si extrinseca fuerit cuius in noticiam per patientis narrationem venies res quecumque naturalis hoc effecerit ad contrarium mutetur deinde ad curandum malam qualitatem derelictam sicut fuerit puta caliditatem frigiditatem aut aliam et cetera prout te infra docebo cum medicamentis oportunis deveni, quod si corporis humiditatum consumptio ab egritudine contingat ea curata corpus resumatur.

Pinguedo nimia cum ieiunio abstinentia exercitio accidentibus anime et aliis corpus macerantibus tollatur.

Opilationi ex additione carnis causate cum describendis infra succurre.

Ad cicatrices ora verarum sigillantes curantur nunquam aut difficuler de his tamen cum de ragadiis apostematibus aut ulceribus matricis [*f. a5ra*] pertractavero mentionem faciam.

Et sic amodo ad causarum intrinsecarum curam deveniens cum flegma fuerit in causa principium sumam.

Sex rerum igitur non naturalium¹ regimen ad calidum et siccum dispone, deinde ad materiam digerendam veni quod sic facias. R camepitheos camedrios origani roris marini salvie zinzibri calameti mentastri^a thimi ana M 1 radicum brusci spargi^b apii petrocilii raphani silvestris rubee maioris valeriane ana ȝ 1½ seminis iuniperi ȝ 3 seminis urtice dauci ameos anisi maratri costi ana ȝ ½ faseolorum rubeorum cicerum ana pugillum 1 conquassentur et fiat decoctio et cum ȝ 3 zucari syrupus aromatizans cum optimo cinamomo et cassia lignea de quo debite cocto accipe ȝ 1½ decoctionis infrascripte ȝ 3 miscis et in potu pro una vice tribue.

Decoctio sic fiat R faseolorum rubeorum cicerum rubeorum ana pugillum ½ seminis iuniperi ȝ 1½ radicum valeriane radicum brusci spargi raphani silvestris apii et petrocilii ana ȝ ½ camedreos recentis M 1 dauci ameos anisi maratri ana ȝ 2 radicis rubee maioria ȝ 1 conquassentur et fiat decoctio cuius ȝ 3 cum ȝ 1½ prescripti syrapi totiens dentur quod

¹ De zes niet-natuurlijke dingen waren een combinatie van fysiologische, psychologische en omgevingsfactoren, ontleend aan Galenus, waarvan werd aangenomen dat zij de gezondheid beïnvloeden: lucht, rust en lichaamsbeweging, waken en slapen, eten en drinken, verzadiging en uitscheiding en passies en emoties (Siraishi, *Medieval and early Renaissance medicine* 101; L.J. Rather, 'The 'six things non-natural: a note on the origins and fate of a doctrine and phrase', *Clio medica* 3 (1968) 337-347; S. Jarcho, 'Galen's six non-naturals: a bibliographic note and translation', *Bulletin of the history of medicine* 44 (1970) 372-7).

^a *mentastri*: ante corr.: *entastri*

^b *spargi*: ante corr.: *spagi*

materiam digestam iudices.

Cum usitatis magis potes materiam digerere esto non sic proprie ut, R oximellis compositi ȝ 3 syrupi de arthimesia ȝ 2 aque arthimesie aque quinque radicum calidarum vel alicuius ipsarum pipinelle vel bethonice aque florum sambuci^a vel apii ana ȝ 3 clarificetur pro tribus vicibus et aromatizetur cum optimo cinamomo et cassia lignea pro delicatis pro aliis vero non sic delicatis syrupi dosim minue nam ȝ 4½ suffiſſ. a5rb]ciunt pro tribus vicibus aquas suprascriptas addendo et da donec materiam digestam videris.

Digesta materia farmacum tale exhibe quod R cassie bene pinguis ȝ 1 extracte cum decoctione camedrios cuscute liquiritie passularum polipodii et capillis veneris extracta cassia adde electuarii Indi ȝ 3 syrupi de radicibus sine aceto ȝ 1 et fiat medicina quam si sumere respuit, R pillularum fetidarum ȝ 1 vel loco huius, da pulverem istum R turbit boni et electi ȝ 1 aut ȝ 4 zinzibri ȝ ½ salis gemme ȝ 6 zucari albi ȝ 2 fiat pulvis qui cum aqua lactis caprarum brodio pulli aut cicerum rubeorum sumendus est vel confectionis infrascripte a ȝ 3 in 4 tribue. R rosarum rubearum zinzibri cinamomi ana ȝ 2 sandalorum alborum et rubeorum ana ȝ 1 hermodactilorum esule ana ȝ 3 turbit ȝ 4 diagridii ȝ 2½ masticis ȝ 1 zucari albi ȝ 1 dissolvatur zuccarum cum aqua arthemisie et fiat confectio in morsellis, vel talis infusio detur que in hoc valet mirabiliter, R agarici ȝ ½ zinzibri ȝ 2 salis gemme ȝ ½ infundantur in aqua lactis caprarum addendo oximellis squilliciti ȝ 1 horis 12 in infusione maneant.

Deinde expressio fortis fiat quam in potu tribue. Doses has augē et diminue secundum quod tibi convenire visum fuerit prolixus in solutivorum horum descriptione fui nimis phisicus enim quilibet materiam flegmaticam solutiva evacuantia describere scit.

Ad aliqua ergo appropriata medicamina descendo unum tamen scito purgationem unam in casu isto non sufficere ut plurimum unde eam si opus fuerit reitera.

Et ut videaris facere plura solutivorum formam varia puta si primo pillulas potionem aut aliquid exhibe vice secunda.

Purgata [f. a5va] materia mulier balneanda sic erit ut R savine calamenti origani mellisse matricarie mentastri pullegii melliloti camomille ana M 2 celidonie^b peucedani prassi absinthii ana M 1 foliorum lauri lavendule mercurialis roris marini osimi florum sambuci ana M 3 altee cum radicibus M 4 artemisie M 6 radicum valeriane ȝ 2 conquassentur omnia simul preter artemesiam qua in uno sacculo ponatur deinde omnia simul decoquantur.

^a *sambuci*: ante corr.: *sambrici*

^b *celidonie*: ante corr.: *celidorem*

Talis sic balneandi modus ex his rebus sacculus unus impleatur super quem in balneo mulier sedeat et super femur arthemisie saccum teneat et bis in die stomacho ieuno balneum intret et secundum placitum per horam plus aut minus in eo stet.

Lectum deinde intret et ante et retro se statim cum infrascripto unguento ungarum quod recipit olei de lilio olei amigdalum dulcium medulle cruris vituli ana ȝ 1 mucillaginis altee mucillaginis fenugreci seminis lini ana ȝ 1/2 cere parum et fiat unguentum quo ungatur etc. Hoc facto pulveris infrascripti coclearum unum bibat cum vino calido decoctionis rerum que cum syrupo digestivo bibitur, pulvis talis est. Accipe cinamomi electi et a cortice superiori mundi¹ corticum cassie fistule ana ȝ 1/2 cassie lignee ȝ 3 croci ȝ 1½ aristologie rotunde assari calami aromatici corticum radicum capparorum costi diptani radicis tormentille radicis yreas hirangi lacce ana ȝ 4 camepitheos camedreos foliorum lauri origani polii zinzibri calamenti thimi seminis levistici seminis ruta agrestis seminis daucii seminis nasturcii agrestis seminis ysopi cubebe nigelle^a ameas anisi maratri baccarum lauri serapini ana ȝ 1 zucari ad pondus omnium et fiat **[f. a5vb]** pulvis de quo detur etc.

Et si pulverem recipere nequit facias sic.

R̄ pulvis suprascripti sine zucaro ȝ 1 zucari albi ℥ 1/2 dissolvatur zucarum cum decoctione rerum cum qua pulvis bibitur sed cum aqua fiat deinde confectionem in morsellis faciat ex quibus ȝ 1/2 vice pro qualibet sumat bibendo post ȝ 2 vini decoctanis rerum dictarum.

Si balneum facere non vellet aut non posset quatuor manipulas decoctionis rerum balnei accipiat quas invino buliat et bis in dei loco balnei se stuphet vel istarum fumum per embotum recipiat vel facias sic. R̄ amomi galbani ana ȝ 3 asse fetide ȝ 1½ conquassentur et ponantur super carbones et fumum super embotum recipiat.

Ne fumus tamen ad nares perveniat cave cum res existat fetidissima.

Suffumigium de castoreo idem facit et de spolio serpentis a proprietate.

Et post ista inmediate pulverem prescriptum bibat aut confectionem accipiat bibendo de vino decoctionis rerum predictarum loco pulvis aut confectionis valet pulvis seminis porri ȝ 2 cum decoctione sepe dicta vel accipiat ȝ 3 vini infusionis assari vel ȝ 1 pulvis prassi vel tantumdem pulvis matricarie vel ȝ 1 trocisci^b de mirra.

¹ In de artsenijmengkunde werd onderscheid gemaakt tussen drie typen bast of schors: 'cortex superium' ofwel de bovenste schors, 'cortex medianum' ofwel de middelste schors en 'cortex interium', de binnenste schors.

^a *nigelle*: ante corr.: *vigelle*

^b *trocisci*: ante corr.: *trocis*

Idem faciunt prassii succi ȝ 2 aut roris marini aut politrici seu rute mixte cum modico trifere magne, vel quod est in hoc casu mirabile da ȝ 2 succi radicis silvestris rafani. Et ad maiorem perfectionem extrahere hos succos potes cum vino infusionis asari vel decoctionis sepe dicte vel cum altero ex vinis istis da ȝ 2 pillularum infrascriptarum. R fructus savine ȝ 3 rute sicce ȝ 5 seminis rute agrestis ȝ 1½ asse fetide armoniaci rubee tinctorum ana ȝ 1 formentur pillule cum [*f. a6ra*] syrupo de arthimisia et da patienti ȝ 2 quia delectatum est vel facias sic. Accipe nigelle pulverizate ȝ ½ succi mercurialis et mellis quantum sufficit ad inspissandum fiant pillule de quibus 5 omni mane cum vino decoctionis assari prebe vel cum vino isto electuarii infrascripti ȝ 2 exibe. R mirre castorei sigie ana ȝ ½ cinamomi asse fetide piperis nigri fructus savine ana ȝ 2 cum mellis quantum sufficit fiat electuarium.

Hec enim post balneum stupham vel suffumigium dicta menstrua provocant magnifice.

His factis ut sanguis ad inferiora trahatur de saphena aut zaphenis aliquantulum flebothomia fieri facere poteris audacter vel in coxis circa partem domesticam aut sub curvatura poplitis vel super calcaneo^a in pinguibus poteris apponi facere ventosas cum scarificatione.

Inferiorum quoque membrorum strictura ad hoc iuvat quam maxime que dolorosa aliquandiu maneat. Cum his quoque pessariis menstruis non effluentibus suppositoriis sive nascalibus natura iuvari poterit. Quod sic facias.

R tyriace fine ȝ ½ castorei armoniaci ana ȝ 1 miscis et cum bumbace in mercuriali succo per prius intincto nascale facias quod ad coxam cum filo ligetur vel accipe succi absinthii succi rute ana partes equeles pulveris mirre quantum ad inspissandum sufficit de eo in pecia ligetur rara et mulierem nascalisa vel loco mirre pone euforpii parum vel pulverem savine aut prassii et facias nascale sicut prius.

Ex castoreo cum mentastro trito facere idem poteris.

Et pro aliqua grossa rustica accipe ellebori albi piretri ana ȝ 3 nigelle dyagridii ana ȝ 1 cum succo mercurialis in panno lineo subtili nascale confice, quod si fortius adhuc. R ni[*f. a6rb*]gelle stafizagrie centauree minoris ana ȝ 2 elbinari albi vitri salis gemme piperis nigri dyagridii ana ȝ 2 aloes laudani galbani terbentine storacis calamite ana ȝ 3 ambre ȝ 1 omnia simul cum pistello calido incorporentur si propter gummas expediens fuerit deinde in subtili panno in mercurialis succo madefacto involve et nascale fiat.

Vel facias sic. Accipe tyriace fine ȝ 1 mirrhe nigelle ana ȝ 1 et cum mercurialis succo vel

^a calcaneo: ante corr.: calcaveo

cucumeris asini fac ut prius vel accipe tyriace metridati vel oppopire ȝ 1 castorei armoniaci ana ȝ 1 ex his cum mercurialis succo nascale fit optimum.

Hoc in casu ex radicibus quibusdam ad formam minutis digitis nascalia fieri solent puta ex radice rubee maioris tassibarbas malve bismalve gladioli apii vel acori aut pro rusticis ex dorsi olei filo interposito talia ex oleo de lilio de castoreo de assa vel costo per prius inungi debent deinde ex infrascriptis pulveribus aliquo aspargi ut ex pulvere asse costi castorei euforpii mirre turbit scamonee ellebori albi savine nigelle aut galbani.

Nascalia ista menstrua provocant potenter.

A nascalibus his discedere nescio cum imperiti his quam utuntur plurimum unum et fit finis.

Accipe genciane ȝ 2 semine staphizagrie coloquintide nigelle ana ȝ 1½ pulvis ex his fiat et cum succo cucumeris asinini seu mercurialis nascalia conficias quibus pro robustissimis utere in delicatis nequaquam.

Libet deinceps nascalibus dimissis ad pessaria transire quibus si uti volueris. Accipe succi mercurialis absinthii matricarie vel arthimesie ȝ 6 et cum eo de quovis ex predictis pulveribus ȝ 2 aut 3 commisce et tepidum in matricem per siringam iniiciatur.

Habes [*f. a6va*] itaque in cura retentionis menstruorum flegmate existente in causa cuiuslibet differentie applicandi medicaminis modum ordinarium. Et hec pro prima lunatione scias sufficere.

Ex quibus si menstrua educta non fuerint sufficienter secunda in lunatione prescripta facias ordinate a purgatione principians ubi opus sit quod si nec ista contulerint purgatione flebothomia et ventosis pretermissis balnea seu stuphas et prescripta alia omni mense facias ordinate donec scilicet mentruorum depositam quantitatem effluere noscias.

Sed ad huius capituli completam doctrinam habendam prescire te necesse nonnulla non minus sequentibus capitulo necessaria, primo si dolor ardor seu punctura ex applicatis in matrice medelis matrici seu collo eius induceretur ex infrascriptis cum aliquo unctionem fieri facias, videlicet ex amurca olei rosati aut violati butirum item recens aut medulla aliqua dolorem ardorem seu puncturam potenter mitigat quod si intra matricem istorum aliquod affuerit ex aliquo matrix pessarisetur statim.

Per dies quoque octo ante purgationis tempus medicamina inchoanda sunt a levioribus quoque et magis nature gratis semper.

Et ne tibi velut cuidam Iudeo ribaldo contingat qui nascale quoddam et credo ab effectu potens valde imponi iussit quod a matrice attractum intensos adeo dolores causavit ut infra

quintum delicata mulier spiritum reddere creatori cocta sit, cum filo semper nascalia tua confici facias per quod coxe ne in matricem ingressum habere possit connectatur.

Et tantum de retentionis menstruorum cura flegmate existente in causa dictum sit.

Capitulum quartum. De cura retentionis menstruorum si colera fuerit [*f. a6vb*] Et in tantum de retentionis menstruorum cura ex flegmate existente in cause dictum sit. Sequatur de cura retentionis menstruorum si colera fuerit in causa.

[S]i colera in causa existente menstruorum retentio affuerit. Totum sex rerum non naturalium regimen ad frigidum et humidum declinet, ad humidum tamen magis et ut sanguis eventetur aliquantulum flebothomiam basilice^a premitte et postea ad materiam digerendam transiens facias sic. R arthimesie M 2 capillis veneris acetose endivie scolopendrie bethonice eupathori mellisse mercurialis ana M 1 quatuor seminum frigidorum seminis agni casti seminis baucie seminis peonie seminis sparagi seminis abrotani seminis endivie seminis basiliconis milii solis ana ȝ ½ radicum valeriane brusci spargi petrocilii apii ana ȝ 2 iuniperi fenugreci ana ȝ 1½ ciperi spice ana ȝ 2½ cicerum rubeorum faseolorum rubeorum ana pugillum unum ex his conquassatis decoctio fiat que cum ȝ 3 zucari syrupizetur cum cinamomo optimo syrupum aromatizabis de quo accipe ȝ 1½ aque endivie aqua cicoree aqua absinthii ana ȝ 1 misce et in potu pro una vice tribue totiens scilicet ut materiam digestam comprehendas vel facias sic. Esto non sic appropriate. R syrupi acetosi simplicis ȝ 1 oximellis simplicis ȝ ½ aque endivie cicoree absinthii ana ȝ 1 misce pro una vice. Sine ulteriori clarificacione sirupi isti satis delicati erunt. Sed si libet tamen eos tuo modo clarifica, sed virtutis tante non erunt.

Cum materiam digestam noveris. Accipe cassie aut manne ȝ 1 cum aqua fructuum aut communi decoctione extracta addatur post electuarii de zucaro rosato [*f. a7ra*] ȝ 1½ confectionis Hamech ȝ 1 syrupi violati ȝ 1 et fiat potus quem materia digesta prebe.

Aut reubarbari electi ȝ 2 spice gr. 6 cum optimo vino totum asparge quod in aqua lactis infunde et dum horis 12 in infusione permanserit de his expressio fortis fiat cui manne aut cassie ut supra extracte ȝ 1 adde ac syrupi violati tantumdem et fiat potus, quem prescripti loco prebe pulveres pillule confectiones aque materiam colericam^b evacuantes medicinas sunt communiter note brevitati itaque parcens ad propria medicamina transeo. Post triduum

^a basilice: ante corr.: *rbasilice*

^b colericam: ante corr.: *coliricam*

materia purgata taliter dominam balneabis.

Accipe altee cum radicibus M 6 arthemisie M 4 florum sambuci foliorum salicis foliorum violarum politrici ana M 2 valeriane ℥ 1 fenugreci ℥ 2 seminis lini ℥ 1½ conquassentur arthemisia vero sacculo in uno tota imponatur.

Ex aliis vero decoctione facta saccum unum alium imple super quem mulier in balneo sedeat. Arthemisia vero saccum supra femur teneat.

Et si libet ab umbilico infra solum balneare se potest sero et mane more tertia capitulo descripto balneum iejuna intret, moram pro libito in eo faciat et egressa cum lectum intraverit anet et retro ex infrascripto unguento perungatur.

Quod R olei amigdalum dulcium ʒ 1½ medulle cruris vituli ʒ 1 butiri sine sale pinguedinis galline mucillaginis fenugreci mucillaginis seminis lini ana ʒ ½ cere parum et unguentum fiat quo perungatur etc. successive cum vino decoctionis acetose mellisse mercurialis arthemisia cicerum rubeorum fasaleorum rubeorum fenugreci iuniperi radicum valeriane et seminis abrotani coclear unum pulveris infrascripti detur qui R corticum cassie fistule [*f. a7rb*] ciperi ana ʒ 1½ radicis tormentille radicis peonie cinamomi a superiori cortice mundati ana ʒ 2 croci seminis baucie silvestris seminis peonie ana ʒ 1 seminis agni casti seminis apii seminis basiliconis petrocilii et mercurialis spargi quoque ac milii solis ana ʒ ½ capillis veneris politrici camomille bethonice eupatorii spice nardi squinanti lupulorum seminis endivie ana ʒ 1. Ex his omnibus pulvis fiat quem ut magis gustui gratus fit cum tantumdem zucari permisce et de eo coclear unum cum ʒ 2 prescripti vini modo dicto in potu tribue quod si pulverem in confectionem facere volueris accipe pulveris huius sine zucaro ʒ 1 zucari albi ℥ ½ dissolve zucarum cum decoctione rerum prescriptarum cum aqua facta et pulvere addito in morsellis confectionem facias de qua cum balneum egreditur ʒ ½ tribuatur duas ʒ prescripti vini bibendo post.

Et esto pulveris ʒ 1 pro ℥ 1 zucari poni solet communiter in media tamen ℥ ʒ ponendo adhuc confectio erit satis delicata.

Si balneum renuit cum infrascriptis mulier stuphetur.

Accipe abrotani aneti arthemisia camomille gallitrici melisse mercurialis florū^a sambuci ana M 1 fenugreci ana ℥ ½^b conquassatis decoctio fiat in vino cum qua loco balnei stupham

^a *florum*: ante corr.: *florum*

^b *fenugreci ana*: de basistekst is gebrekkig aangezien 'ana' alleen volgt na een opsomming van ten minste twee verschillende geneesmiddelcomponenten. Hieronymus Faventinus paste de passage voor de gedrukte uitgave van 1498 aan tot 'fenugreci seminis lini ana'. Dit blijft tot en met de laatste uitgave ongewijzigd.

bis in die faciat. Successive unctionem et confectionem postea aut pulverem cum vino decoctionis prescriptarum rerum sumat, loco stuphe seu balnei infrascriptarum fumum per embotum recipere potest. Rx seminis agni casti 3 1½ aneti M 1 carvi^a costi ana 3 1 conquassentur et in vino decoctio fiat cuius fumum per embotum recipiat.

Idem ex rebus stufam ingredientibus fieri consimiliter suffumigatio potest unctionem post *[f. a7va]* faciendo semper et pulverem et confectionem recipiendo.

Suffumigium spolii serpentis ut in precedenti capitulo dictum est ad educenda menstrua a proprietate quadam valere maxime experimento cognitum est.

Istis per tres dies continuatis in quarto de ambabus zaphenis seu ex altera tantum fieri flebothomiam iubeas vel potius hodie ab una et cras ab alia prestantius vel ut dicebatur supra in parte domestica coxarum cum scarificatione ventosas apponi iubeas aut sub poplite aut sub calcaneo etc. premissae quoque ligature convenientur.

Et ad nascalia transeundo. Accipe pulverem diptani cum quo et ex succo mercurialis arthimesie aut absinthii nascale conficias quod mulier deferat continue.

Ex quovis quoque infrascriptorum pulverum cum succo centrifalli mentastri mercurialis arthimesie maiorane absinthii camedreos aut camepitheos fieri potest puta ex pulvere boracis amomi mirre aristologie rotunde calami aromatici gariofilorum maiorane que mirabiliter dolorem matricis sedat et dyagridii cum quovis aut cum his pluribus nascale conficere potes.

Idem ex camopitheos cum melle aut ex amigdalais amaris cum oleo suo pistis vel tere radices abrotani et cum melle modico pulveris dyagridi vel elebori albi nascale conficias.

Vel aliter accipe triferam magnam sine opio et cum modico aloes et masticis pulveris mulier nascalizetur, vel facias sic. Rx mirre calamendi montani ana 3 2 ruta recentis 3 3 savine 3 6 terrantur et cum felle thauri confiantur.

Hoc potenter menstrua educit ut experientia novi, vel accipe ficus siccas pingues satis et de quovis prescriptorum pulverem cum his incorpora et *[f. a7vb]* erit nascale suave, vel facias sic.

Rx radicum rubee maioris ciperi ana 3 3 succi arthimesie 3 ½ benedicte 3 6 incorporentur et fiant nascalia.

Aliqua suppositoria seu nascalia cum filo appensa talia confiantur. Rx laudani 3 1 galbani serapini asse fetide mirre ana 3 1 fiant cum filo suppositoria addendo parum olei de lilio si opus fuerit.

Multis in partibus in forma solida electuarium de succo rosarum cum zucaro conficitur et

^a *carvi*: ante corr.: *carni*

eum tunc ut digitii formam suscipiat in camamilis proiiciunt et talia suppositoria filo appensa mirabiliter in hoc casu menstrua provocatur. Et ut in precedenti capitulo dictum est ex radicibus quoque malve bismalve tassibarbassi gladioli accori sive apii de lilii oleo perunctis et ex pulvere elebori albi mirre scamonee aut costi deinde aspersis suppositoria parva cum filo appenso confici possent.

Deinceps nascalibus in pace relictis si pessariis uti libuerit facias sic.

Succi mercurialis absinthii maiorane arthimesie gallitrici vel mentastri ȝ 6 accipias et pulveris mirre ȝ 2 serapini ȝ 2 commisce vel horum loco pulveris diptani aut amomi appone tantumdem aut cuiusuis alterius descripti simplicis totumque tepidum per siringam matricem apponi iubeas.

Si ex nascalibus seu pessariis matrici seu collo nocumentum sequeretur aliquod ad capitulum precedens recurre et sic menstruorum retentionis colere causa provenientis cure hic finis esto.

Capitulum quintum. De cura retentionis menstruorum a melancolia provenientis.

[M]elancolicus humor ut ante dictum est menstrua detinet sepe.

Pro cuius cura sex rerum non naturalium ad calidum [*f. a8ra*] et humidum regimen declinet, ad humidum tamen magis cum ipse humor sicco quam frigido participet plus.

Ad materie deinde digestionem veniens facias sic. Accipe calamenti origani arthimesie sticados scolopendrie eupatorii florum boraginis buglosse violarum capillis veneris camedrios ana M ½ radicum apii sparagi fenniculi corticum radicum capparorum ana ȝ 1 liquiritie passularum ana ȝ ½ fiat decoctio in cuius fine adde epithimi ȝ 1 et cum ȝ 3 zucari et aceti ȝ 4 fiat syrupus aromatizatus cum optimo cinamomo de quo accipe ȝ 1½ aque fumi terre aqua arthimesie aque buglosse ana ȝ 1 miscis pro una vice et totiens infirmo tribue quod materia digesta videatur vel aliter. R̄ oximellis simplicis ȝ 2 siripi de radicibus acetosi ȝ 1 miscis cum aquarum spargi florum sambuci pipinelle ana ȝ 2 et pro duabus vicibus sufficiet quem si clarificare libet cum cinamomo aromatizetur et totiens de eo in potu tribue donec materia digesta appareat. Quam postea isto cum solutivo solve. Quod R̄ capillis veneris florum boraginis buglosse violarum florum lupulorum sticados camedreos ana M ½ polipodii ȝ 3 liquiritie passularum ana ȝ ½ conquassentur ex quibus decoctio fiat in cuius fine adde epithei ȝ ½ et cum hac ȝ 1 cassie extrahatur aut manne cui hamec ȝ 1½ dyafiniconis ȝ 1 sirypi violati

$\frac{3}{2}$ 1 addatur et medicina fiat. Vel aliter $\frac{1}{2}$ mirabolanorum Indorum $\frac{3}{2}$ citrinorum^a $\frac{3}{2}$ 2 in aqua lactis caprarum infundantur in qua pro horas 12 in infusione permaneat. Ex quibus deinde expressio fortis fiat cum qua cassie aut manne $\frac{3}{2}$ 1 cum predicta decoctione extracte misceantur pulveris epithei [*f. a8rb*] addendo $\frac{3}{2}$ zinzibri $\frac{6}{2}$ mellis rosati $\frac{3}{2}$ 1 et fiat potus vel $\frac{1}{2}$ $\frac{3}{2}$ 1 pillularum Indarum horum loco tribue vel appropriatum ex solutivis aliquod unum que communiter medicis nota sunt. Evacuata materia ad balneum transeundum est.

Pro quo res pro balneo in precedenti capitulo descriptas accipe roris marini calimenti origani foliorum lauri lavendule ana $\frac{3}{2}$ 1 addas modo in manuscriptis capitulis posito mulier balneetur vel stuphas seu suffumigia prout ibi scribitur balnei loco faciat.

Cumque lectum intrat ex unguento in capitulo de cura retentionis menstruorum a flegmate provenientis descripto ante et retro perungatur deinde pulveris infrascripti cum $\frac{3}{2}$ 2 rerum que statim scribentur coclearum unum accipiat qui $\frac{3}{2}$ 1 recipit eius pulveris qui in cura retentionis menstruorum cum colera in causa describitur addendo camedreos $\frac{3}{2}$ 1 thimi seminis levistici seminis ysopi tormentille ana $\frac{3}{2}$ zucari ad pondus omnium fiat^b pulvis.

Res pro vini decoctione. Accipe camedreos recentis camepitheos florum sambuci florum anthas thimi melisse mercurialis arthimesie ana $M \frac{1}{2}$ seminis iuniperi et fenugreci ana $\frac{3}{2}$ radicis valeriane spargi brusci fenniculi ana $\frac{3}{2}$ 1 seminis abrotani $\frac{3}{2}$ $\frac{1}{2}$ faseolorum rubeorum cicerum rubeorum ana pugillum 1. Ex his conquassatis vel ex una parte in vino decoctio fiat de quo cum pulveris prescripti cocleari uno $\frac{3}{2}$ 2 sumat quod si pulverem non velit $\frac{3}{2}$ 1 confectionis infrascripte loco eius recipiat.

Accipe prescripti pulveris $\frac{3}{2}$ 1 zucari dissoluti in decoctione rerum inmediate pro vini decoctione descriptarum $\frac{3}{2}$ $\frac{1}{2}$ fiat confectio in morsellis loco confectionis aut pulveris $\frac{3}{2}$ [*f. a8va*] succi roris marini bibere potest aut tantumdem succi radicis raphani sylvestris cum vino decoctionis rerum prescriptarum extracti veluti aliis in capitulis dictum est vini infusionis assari $\frac{3}{2}$ 3 sumat et quod in omni valet retentione menstruorum talia dum fiunt ex capriolis vitis nigre premitus cum nascuntur in brodio carnis aut oleo communi ferculum fiat quod menstruorum ad eductionem preparat mirabiliter hoc in casu si nascalibus suppositoriis seu pessariis opus sit in capitulo inmediate descripto require quod si fortioribus ad capitulum de cura menstruorum retentionis a flegmate provenientis recursum habe his peractis ut sanguis ad inferiora trahatur incidi zaphenam audacter facias tres aut quatuor sanguinis $\frac{3}{2}$ extrahendo

^a citrinorum: id est: *mirabolanorum citrinorum*

^b fiat: ante corr.: *fist*

tantummodo ac ventosis aut dolorosis ligaturis ut in precedentibus capitulo dictum est utere. At si in prima lunatione ista non sufficient ubi opus sit purgationem in secunda reitera ad balnea unguenta et alia successive secundum prescriptum ordinem procedendo. Ex si purgatione opus non sit ȝ 1½ syrupi in principio huius capituli descripti cum ȝ 3 decoctionis rerum que statim scribentur sumat que sunt camedreos camepitheos flores boraginis buglossae radices valeriane brusci sparagi apii et endivie et cicera rubea ac rubei faseoli de quolibet horum parumper accipe et decoctionem cum syrupo sumendam facias et de tali diebus octo continuis fumere potest.

Balnea tamen stuphas seu suffumigia non obmittas unctione successive confectione seu pulvere cum decoctione dicta utetur. Et ut supra ligaturas quoque dolorosas facere potes dolori quoque seu ardori ex pessariis seu nascalibus [*f. a8vb*] facto ut in precedentibus in capitulo succurre.

Et sic retentionis menstruorum ab humoris vitio qualitercumque provenerit curam cum ordine quidam habes.

Et quasi sine humoris vitio provenerit cura patet aparte.

Nam si a frigiditate his utere que in cura retentionis menstruorum provenientis materia evacuata describuntur. Si a caliditate cum colera si a siccitate cum melancolia digestivis ac solutivis pretermis. Et epylogando si sine materia a caliditate frigidis utere si a frigiditate nimia calidis si a siccitate humidis quod si prescripta tibi nota sint ad actum ista ducere scias facillime.

Et hec de retentionis menstruorum causis signis ac cura.

Capitulum sextum. De causis et signis tam pronosticis quam demonstrativis suffocationis matricis et de cura.

[M]atricis suffocatio est ipsius versus dyaphragma propter fumos ac ventosas vapores in ea corrupta ex materia genitos ascensus quo fit ut pulmone ac corde compressis pro spirituum eventatione necessaria a debita dilatatione impediuntur. Cuius ex causa mulier prefocata manet et propter nocumentum cerebro conincatum sensu ac motu privatur ac non nunquam suffocata perit unde passio hec ab effectu non minus quam ab accidente nomen sortita est.

Huius causa sunt preternaturam menstrua detenta sperma quoque ac humor quilibet corruptus et in matrice congestus esto sperma hoc ceteris efficiat frequentius.

Signa in hac duplia sunt quidam paroxismum actu et quidam paroxismum eum futurum denunciant paroxismi actu entis signa mulier anhelitu ac pulsu privata manum super ventrem fixam ut matricis ascensum prohibeat tenet curva tamen [**f. b1ra**] audit intelligit que palleus

quoque ac discolorata sensu et motu privatur omni qua ex re mortua plerumque creditur et quippe non invanum cum plurime prefocate pereant. Sed lane ex floculo ad nares posito philosophorum relatu hoc cognoscitur tamen id iudicium mihi fallax appetit cum aer astantium flatu agitetur continue.

Sed in loco quiescenti fialam repletam aqua super pectus pone aut ciatum nam stante vita pectum dilatari necesse est et sic viva si fuerit agitari et commoveri aquam oportet. Cum attamen per tres iam dies naturales sic stetisse aliquam compartum est et deinde revixisse citra tempus illud sepeliri eam prohibe.

Futurum paroxismum infrascripta signa aut ex his plura avenirre solent ut capitum dolor scotomia vertigo pulsus^a cordis anhelitus difficultas rationis permixtio perturbatio intellectus, debilitas in toto et in cruribus maxime et ab umbilico ad muliebria usque dolor frequens sentitur.

Hi enim fumi putridi ad caput eentes dolorem ipsius ac scotomiam seu vertiginem inducunt qui spiritibus misceantur rationem ac intellectus perturbant omnem quibus ex omnibus animali virtute debilitata pigritia ac debilitas accidit in toto et in cruribus quammaxime propter distantiam a fonte caloris maximam fumus quoque ab illa materia corrupta resolutus matricem sursum pellit que a diafragma ascendens ipsum coartat multum et si deinceps ad caput fumos raptum habere contingit matricem in caput devenisse mulieris non dubitant unde a matricis mala dispositione vexate dolorem aliquo in loco dum presentiant illuc matricem repere aiunt sive in gula capite nucha alio sive quovis in loco [*f. b1rb*] fumi illi perveniant cuius oppositum si dixeris te medicum stolidem predicabunt.

Passio hec cum epylentia apoplexia ac litargia convenientiam habet plurimum.

Sed his signis ab epylentia discernitur in suffocatione nisi in mortali spuma apparet nunquam nam pre angustia spiritus in pectore aut canna pulmonis cum agitantur ex quorum agitatione spuam paucula inde exoritur que virtutis pro habendo anhelitu conatum ultimum ostendit et sic suffocate mortem proximam dicit in ipsa preterea membrum versus originem nec trahitur ullum unde spasmus fit nullus motu tamen privatur et esto respondere nequeat vocantes tamen intelligit ac paroxismo soluto qui facta sunt meminit in epylentia ad os humiditas a capite propulsa et a frequenti anhelitu agitata in spumam convertitur que viarum cerebri de opilationem et successive paroxismi solutionem denuntiat.

In hac preterea cum membra versus originem contrahuntur spasmus quidem fit motu tamen non caret omnino cum quo anhelitus manet vociferantes non audit peius atque intelligit

^a *pulsus*: ante corr.: *pulsus*)

et que in paroxismo facta sunt recordatur minime, et per hec suffocationem ab epylentia discernes verum cum apoplexia quam in epylentia hoc prevalent omnia suffocationem ab ea distingues facile.

Ab lytargia suffocatio differt lytargicus enim febricitat dolorem in una parte capitis tantummodo sentit cui pulsus undosus ac magnus inest.

Suffocata vero dolorem capitis sine febre patitur etque spasmosus pulsus atque rarus est.

Nunc autem cognoscere tua interest si passio hoc retentionis menstruorum an spermatis retenti vicio proveniat.

Si menstruorum patientis narratione tibi notum fiet et se de urine significatu [*f. b1va*] ad capitulum precedens recursum habe.

Si spermatis retenti vitio hoc fiat invenis delicata erit laute iocunde at in otio vivet consotio quoque caret et cum substantia tenui ac obscura erit, urina enim citrina aut subcitrina et tenuis super humorem melacolicum communiter significat qui in tali passione dominum habet.

Obscurus autem in ea ex fumo illius spermatis resoluti fit qui cum urina mixtus ipsius obscuritatem causat.

Sed ex humoribus corruptis passionem illam provenire scias si nec menstrua retenta fuerint nec consotio viro carverint.

Et sic passionis huius demonstrativa signa tibe patent.

Pronostica signa in hac passione sunt facillima nam accidentia levia paroxismi brevitatem significant ipsorum autem intentio cum paroxismi longitudine an pitura sit te dubitare facit, quod si ad illud veneris ut spuma ad os defluat mortem proximam time et maxime si spermati corrupti vitio provenire cognoveris.

Et si tamen de morte hesitaveris ciatum aqua plenum super pectus quiescenti in loco apponi facias ut dixi.

Ad curam deinceps transi. Et cum pauperculam suffocatam inveneris ne sic crudeliter pereat succursum statim adhibe. Et primum cum aceto et sale circa extrema fricationes asperfiant.

Ligature deinde dolorose successive in pectine aut domestica coxarum parte seu sub poplite ventosas sine scarificatione apponi iube, deinde fetida et odoratu horribilia naribus applica horribilis enim odor animalem spiritum sopitum concutit at impetuose commovet qui per lacertos et nervos ad cerebrum deveniens virtutem motivam in eo evigilat.

Et hi quoque spiritus sic impetuose moti cum cor attingunt virtutem [*f. b1vb*] vitalem sopitam expurgiscunt et de hinc furiose ut ita loquar ad matricem venientes ut a diafragma

descendat irritant atque ut contenta in ea materia venenosa expellatur virtutem expulsivam stimulans iuvantque. Et sic mulieres in his docte omnes quecumque fetida naribus applicant statim, ut omnium animalium incensas plumas et perdices maxime hominis capillos canis quoque pilos ac hirci filtrum etiam ac corium quodlibet ungulas periter ac cornu quodcumque.

Sed ut inter te et vulgares differentiam, ponas aliquam utere assa fetida castoreo galbano serapino armoniacu et similibus.

Taliū enim fumi matricem mirabiliter fugant cum quo si sternutationem induixerint nihil supra. Et de his tuo modo compositiones facias.

Ego in casu isto expertissimum hoc inveni quod R castorei galbani in aceto resoluti ana ʒ ½ sulfuris ʒ 1 misce et naribus fumum applica.

Per inferius mulier pannis bene tecta ne ad nares odor ascendet per traectorium cum odoriferis suffumigetur ut laudanum alipta muscata gallia muscata cinamomi gariofili lignum aloes calamus aromaticus storax calamita ambra et muscus valet et ultra hoc odoriferum quodlibet.

Prestantissimum quoque est os vulve ex aliquo odorifero inungere et ad intra collum confractionem facere sepissime enim corruptum sperma seu humor aliis venenosus ex confractione tali egreditur et prefocata ab egritudine solvitur.

Et si per te multa ex odoriferis componere possis hoc ego tamen inveni singulare quod R musci ʒ 1 gallie muscate ʒ 1 olei de lilio ʒ 2 in mortario simul agitentur. Obstrix deinde os vulve pungat^a inunctumque^b digitum si corrupta fuerit quanto plus poterit immittat [f. b2ra] matricis collum fricatio continue sperma eius corruptum seu humorem quamvis alium venenosum talem per fricationem matrix evomit.

Cumque suppositio in hoc casu prevaleat si maritum habuerit eam supponat gaglarditer quia nihil supra et hoc in paroxismo fienda sunt.

Extra vero si menstrua retenta in causa fuerint ea prout in capitulo precedenti te docui provoca, ex cuius doctrina cum hoc humores corrupti si qui fuerint digerere et evacuare facias.

Si vero retenti menstrui vitio suffocatio provenerit premissa flebothomia et humorum facta evacuatione ubi opus sit stratum ex herbis foliis arborum frigidis et aliis similibus mulier superincumbat ut sunt folia salicis vitis violarum florum nenufaris et similia, et inter cetera a proprieate quadam folia agni casti optimum principatum vigilia insuper exercitio abstinentia ac

^a *pungat*: id est: *perungat*

^b *inunctumque*: ante corr.: *vunctumque*

similibus corpus macerantibus utatur hanc passionem talia perfecte curant nam sine Cerere et Bacho friget Venus.

Talia deo dedicate vidue et in castitate vivere cupientes observare debent.

Nubiles vero nubant. Pregnantibus hec passio accidit sepe his cause prescripta propter aborsus timorem approximanda sunt et ideo inter alia suppositio principatum obtinet. Et hec de prefocatione capitulum finem accipiat sequitur.

Capitulum septimum. De causis et signis tam pronosticis quam demonstratis apostematis matricis cancri et ragadiarum.

[A]postema matricis est tumor in substantiam eius a quavis causa preter naturam proveniens. A primativa quidem quod contingit ipsum generari sepe ut casu percussione coitu superfluo partu innaturali difficultate pariendi *[f. b2rb]* aborsu et obstetricis defectu parienti succurrere nescientis.

Ab antecedente quoque causa generatur apostema sepe tale ut ab humore quocumque in matricis substantiam preternaturam collecto sine qualitate aut quantitate peccet quod tam situs ratione quam materie diversitate varietatem recipit et quippe grandem nam ex sanguine colera flegmate et melancolia potest gigni indifferenter in fundo matricis aut in lateribus seu versus orificium, aut in orificio aut in collo plerumque^a ex quorum omnium diversitate variatur et cura.

Attende ergo quod talium apostematum demonstrativa signa quedam communia et quedam propria existunt.

Communia dolor ac gravedo in utero sentitur inflatur pecten rectum intestinum aut vesica coartatur sic ut feces non nunquam exire nequeant et urina interdum stomachus plerumque dolet ac nausea subversio et singultus sepe fit dolet quoque caput et sincipite magis et inter alia oculorum radices.

Distinguenter vero signa ratione situs sunt si in matricis fundo ipsum apostema fuerit dolor a diafragmate usque ad muliebria sentitur et cum ex inspiratione venter inferior extendatur tali ex extensione dolor tunc augetur propter quod difficultas tunc inspirandi fit.

Hac quam in ceteris maior.

In lateribus si fuerit aut in ipsorum altero ibi dolor aderit dolent atque inguina et vertebrum apostemati lateris cum quo coxas adest gravitas.

In inferiori parte et versus orificium apostema si fuerit vesica coartatur unde urine fit

^a *plerumque*: ante corr.: *pleruntque*

difficultas dolor circa pectinem et peritoneon augetur magis.

In postrema parte et versus dorsum apostema si fuerit dorsum ac renes dolebunt ac feces propter intestini recti coartationem retinentur in collo visu et tactu discernitur.

Quod si ex sanguine gigni contingat *[f. b2va]* ex dolore pulsativo^a palpebrarum ac venarum omnium inflatione febris continua erit oculorum citrinatio ad rubedinem declinabit.

Lingua nigre scit^b et alienatio mentis sepe fit urina rubea erit aut subrubea per totum livens pulsus vero magnus plenus et undosus.

Si ex colera generabitur dolor erit pungitius et vene omnes que sunt sub oculis maxime citrinecunt urina ignea et intensa valde, pulsus durus et frequens alienatio nigredo lingue vigiliarum instantia et alia atque accidentia quam in ceteris erunt intensiora.

Flegma febrem mitem causat et esto gravatius sit, non tamen intensus multum eius urina ac discolorata valde existit pulsus mollis et inordinantus.^c

In melancolia^d est febris lenta dolor mitis pondus in matrice grande, livescunt vene omnes et saphene precipue urina interdum subtilis ad plumbeitatem declinans non nunquam tamen tenuis atque alba, pulsus inordinatus durus parvus et tardus.

Et his in omnibus complexio totius habitudo etas precedens regimen tempus anni et his similia ante notanda sunt et humor cui assentient magis ille in causa erit demonstrativa hec sunt.

Pronostica autem ubicumque talia apostemata fuerint sive ex quavis materia generantur curam recipiunt difficulter.

Et si in matricis fundo ut Avicenna placuit curantur nunquam.¹

Horum calida inter egritudines acutas computantur dies itaque creticas tam indicativas quam radicales intende et secundum occurrentia illis in diebus honorem habere si cupis iudica.

Porro apostema quodlibet aut resolvitur aut dubaletatur aut scleroticatur unde loci detumefactio ponderis sive gravedinis remedio, doloris febris accidentium ac aliorum *[f. b2vb]* quietatio apostematis resolutionem significant.

In saniem vero si mutetur febris, dolor pulsatio alia et accidentia dum generantur intenduntur omnia genita vero remittuntur que si levis alba equalis ac boni odoris exierit

¹ De editeur is er niet in geslaagd deze verwijzing naar Avicenna te traceren.

^a *pulsativo*: ante corr.: *pulsatino*

^b *nigre scit*: ante corr.: *nigressit*

^c *inordinantus*: ante corr.: *inordiantus*

^d *melancolia*: ante corr.: *melanconia*

salutem portendit diversorum colorum diverse substantie et odoris horribilis de pacientis salute te dubium faciet tales enim moriuntur ut plurimum.

Si ad sclerosim permutetur preter pondus ac gravedinem accidentia quietantur alia et tunc difficuler aut nunquam curantur sed in cancrum mutatur persepe quod ex ipsius diurnitate intenso atque dolorem et in loco caliditate extranea existente cognoscitur.

Et si ulceretur humiditas acuta ad viriditatem declinans egredietur que acuitate sua interdum corredit tantum ut in matrice venarum rumpat aliquam a qua tamen sanguis emanat purus.

Et cancer quicumque sive ulceratus sive non ulceratus curatur nunquam nisi in loco fuerit qui totus suis cum radicibus extirpari^a possit.

Ragadie autem que sunt alias nihil quam ulcera quedam parva sepe ex materie generantur malignitate ex apostemate quoque et ex causis apostema generantibus.

De quarum cura tarda si fieri possit an scita et an ad salutem vel ad mortem infirmam perducere apta sint si scire cupis saniem egredientem aut virulentiam aspice et secundum illius dispositionem ut statim dictum fuit iudicium facias in his preterea apostematibus accidentia fortificari si videris frigido cum sudore vocis ablatione ac frequenti sincopi hanc pauperculam moritoram denuntia.^b

Et hec de causis et signis tam pronosticis quam demonstrativis apostematum matricis cancri quoque ac ragadiarum.

Capitulum octavum. De cura apostematis [f. b3ra] matricis calidorum qualitercumque terminentur.

[P]rescriptis tibi notis ad apostematum calidorum curam deveniam primo.

Et qualiter sex rerum non naturalium regimen in tali casu disponendum sit tamquam medico cuilibet notum non inscribam. Sed ad appropriatam curam deveniam solum.

Calide matricis apostema sanguineum aut colericum erit.

In quorum principio flebothomiam fieri necesse est.

In sanguineo tamen quam in colerico^c fit copiosior unde materiebus communibus evacuatis corporis si propter plenitudinem diversionem queris basilicam insidi^d primo facias et in die secundo saphenas ambas de sanguine vero secundum corporis dispositionem quantitate extrahi facias, quod si etas aut aliquod tale flebothomiam fieri vetat divertere materiam modo

^a extirpari: ante corr.: exturpari

^b denuntia: ante corr.: denunctia

^c colerico: ante corr.: colirico

^d incidi: ante corr.: inscidi

cupias super nates primo ventosas cum scarificatione apponi iube in crastinum vero in domestica coxarum parte aut sub poplite etiam ponantur et cum scarificatione et cum in hoc casu indebite sanguinem attrahendo talium cura inicium potissimum sumat in extractione sanguinis diligentiam appone.

Deinde si ad minorandum materiam et ad appropriata materie digestiva et tandem ad ipsius evacuativa propria venire opus sit discretioni tue hoc derelinquo ideo ad appropriata localia solum devenio.

In principio itaque renes ac partes femorales epithimentur epithimate tali quod R succi plantaginis succi maurele ana ℥ ½ aceti ȝ 1 sanguinis draconis boliar ana ȝ ½ misce vel aliter accipe aque plantaginis ℥ 1 olei rosati ȝ 4 boliar ȝ 1 sanguinis draconis ȝ ½ aceti ȝ 1½ misce et cum illorum altero loca dicta sepe epithimentur vel facis sic accipe succum plantaginis virge pastoris solatri [*f. b3rb*] sempervive endivie et cum quovis parum aceti misce et infusas^a pecias tactis locis sepe applica vel melius accipe olei rosati ȝ ½ aloes ȝ 6 aceti ȝ 2 boli Armeni^b ȝ 3 duc in mortario diu et dicta loca sepe perunge vel petias intus madefactas impone.

Ab intra vero corrupta si mulier fuerit accipe rosarum rubearum lentium excorticatarum plantaginis virge pastoris solatri endivie ana M 1 ad duarum usque partium consumptionem decoctio fiat ex cuius ȝ 6 matrix pessarietur sepe valent ad idem endivie succi tepidi ȝ 6 solatri plantaginis sempervive ac virge pastoris vel facias sic. R decoctionis gallarum balaustiarum lentium excorticatarum sumac rosarum et mirtillorum ȝ 6 et fiat ut prius.

Mulieri non corrupte aut pessarisari volenti ex infrascriptis balneum ab umbilico infra fieri iubeas ex quibus etiam emplausta fieri possunt.

Secunda aut tertia transacta die tam pro pessariis quam exterius applicandis camomillam semen lini et fenugrecum cum predictis adde tunc etiam ex camomellino oleo unctio exterius fieri debet in statu malve bismalve camomille melliloti fenugreci seminis lini ana M 1 caricarum numero 20 fiat decoctio in qua mulier sedeat aut ex ea mulier pessarietur aut ex his emplaustrum fiat exterius.

In declinatione accipe aqua samsuci aut sisimbrii ȝ 4 olei de lilio aut de enula ȝ 2 fiat pessarium. Oleum quoque de lilio aut de enula solum pessarisatum valet.

Vel facias sic. Accipe aque sisimbrii aut samsuci ȝ 3 pinguedinis galline aut anseris ȝ 1 storacis liquide galbani ana ȝ 1 olei de lilio aut de enula ȝ 1 fiat pessarium vel aliter accipe

^a *infusas*: ante corr.: *ifusas*

^b *Armeni*: ante corr.: *Armen*

aque samsuci ȝ 3 medulle cruris vituli pigue^f. **b3va**]dinis galline ana ȝ 1 storacis liquide ȝ ½ laudani ȝ 3 liquefiant omnia simul fiat pessarium. Vel nascale facias isto modo. Accipe laudani ȝ ½ storacis calamite ana ȝ 1^a piguedinis anseris ȝ 2 fiat nascale quod etiam ex solo laudano factum in hoc casu optime valet.

Hec ad apostematis resolutionem fienda sunt que si tardentur et ad saniem apostema devenerit tunc aut per vesicam aut per intestina aut per matricis os egreditur. Si per vesicam ex urina si sanies in ea permiscetur. Cognoscitur per intestina ex egestionibus et per has matricis visu.

In casu primo ad vesice ulcerationem precavendam aque ordei cum quatuor seminum communium frigidorum emulsione ac syrupo violato in potu sepe tribue.

In secundo hoc clisterie sepe fieri iube quod R aque decoctionis ordei ℥ 1 cum qua dissolve vitellos duos ovorum olei rosati ȝ 3 mellis rosati ȝ 1 et fiat clystere.

Si autem per matricis os^b cum aqua mellis aut ordei pessarisatio sepe mondificetur vel ex sero caprino cum melle rosato et est optimum. Vel facias sic. Accipe ysopi absinthii ana M. 1 vini albi lactis ana ℥ 1 mellis rosati ȝ 4 ad consumptionem usque tertie partis simul buliant de qua tepida pro fiendo pessario ȝ 6 accipias, quod si ex his aut quovis alio dolor sive ardor in matrice fiant. Accipe arnoglosse solatri ana M 1½ fiat decoctio de qua accipe ȝ 4 lactis ȝ 2 albumine ovi recentis unum diu simul agitentur et ex eo matrix pessarisetur vel idem ex amurca olei rosati ac lactis ana ȝ 3 facere poteris et talia tepida semper imponi debent.

Phisicorum plurimi mundificativis utuntur tantummodo cum ex munificatione ulceris frequenti carnem regenerari posse spe^f. **b3vb**]rant.

Tu tamen si hoc in casu incarnativis uti volveris ulcere mundificato facias sic. R lactis vaccini ȝ 6 thuris aloes boli Armeni ^c sarcocolle corticis canne combusti cucurbite sicce et combuste ana ȝ ½ pulvis fiat cuius^d ȝ ½ lacte cum predicto misce ex quo tepido pessarium mane et sero fiat.

Sanie tamen in magna egrediente quantitate sepius mundificatio et incarnatio quam vicibus duabus in die uti necesse est

^a storacis calamite ana ȝ 1: de basistekst is gebrekkig aangezien 'ana' alleen volgt na een opsomming van ten minste twee verschillende geneesmiddelcomponenten. Hieronymus Faventinus paste de passage voor de gedrukte uitgave van 1498 aan tot 'storacis calamite galbani ana ȝ 1'. Dit blijft tot en met de laatste uitgave ongewijzigd.

^b os: ante corr.: os os

^c Armeni: ante corr.: Ermeni

^d cuius: ante corr.: caius

Alii sic faciunt.

Accipe seruse litargiri sanguinis draconis boli Armeni gummi Arabi ana ȝ 1 conquassentur et in ȝ 3 lactis et olei rosati ȝ 6 buliant ad tertie partis usque consumptionem postea coletur de cuius collatura. R ȝ 6 et fiat pessarium.

Alii in decoctione tacta cere citrine ȝ 2 adiungunt et tu facias si libet.

Ad hanc intentionem trocisci de karabe in potu sepe dati comedantur multum. Ex quibus omnibus apostematum matricis calidorum qualitercumque terminentur a principio ad finem usque patet manifeste ac vicerum quorumcumque a quavis causa proveniant cancrosis dumtarat exceptis.

Illa enim nec alio modo quam dum apostema in saniem mutatum est curantur.

Et hoc capitulo hic finitur.

Capitulum nonum. De cura apostematis matricis frigidi ac apostemati indurati in cancrum tamen nondum conversi.

[I]n curandis apostematibus frigidis secundum exigentiam sex rerum non naturalium regimen tu ipse dispositione deinde ad evacuationem peccantis materie cum digestivis ac appropriatis solutivis accede et curam ad localium propriam successive.

Ad sclerosim vero ut plurimum cum devenant in approximando nimium resolutiva cautus esto ne subtili re[f. b4ra]solute cineritum remaneat.

In principio igitur facias sic. R litii thuris aloes ciperi acacie croci armoniaci ana partes equales ex ipsorum ȝ ½ cum succo caulium aceti parum addito distemperata matrix pessarizetur.

Ex his quoque emplastrum facere poteris exterius vel in lixivio in quo parum salis et aceti bulierit infusas pecias exterius applica et quanto magis statui approximaveris plus debes aceti addere, quod si resolutionem peteret in statu ac declinatione. R aluminis sulphuris mirre salis ana partes equales cum oleo rosarum modico aceti addito horum ȝ 3 immisce ex quo pessarium confice.

Potes et infusas petias exterius applicare.

Si vero apostema dubeletari cerneret. R radicem lili cepas assatas limacias^a fermentum et semen lini coque pistas et cum anxugia aut butiro emplastrum fac applicandum exterius quia et si eius virtus ab apostemate satis distet retinendo calorem ac cum circa lucum confortando

^a *limacias*: ante corr.: *liamcias*

auxilii prestabit non parum.

Pessarium vero ex semen lini et ficuum decoctione fiat. Et quia apostema tale et si maturum sit rumpitur non facile cum pessariis adde parum fimi columbini et fermenti.

Valet etiam in hoc casu scabiose succus aut nasturcii pessarisatus et eo magis si de columbino fimo ac de fermento parum addideris.

Si autem in matricis collo aut orificio apostema fuerit tale cum ferro aperiri potest facile.

Apostemate rupto mundificativis in precedenti capitulo descriptis utere aliquid suci apii in his semper addendo postea vero incarnativis ut ibidem te docui, quod si apostema in sclirosim mutetur et cancre factum si nondum ab extra facias sic. Coque ficus et immaturas potius de quirum pasta R ȝ 1½ anxugie porci [*f. b4rb*] masculi hysopi humide ana ȝ 1 picis navalis cere citrine ana ȝ 10 olei de lilio ȝ ½ dy aquilonis ȝ 2 liquefiant omnia simul cum quibus postea misce pulveris radicis yreos ȝ 3 cinerum corticis salicis ȝ 2 fiat cerotum quod super aluta aut fuscaneo possit extendi et exterius appone. Vel aliter. Accipe olei camomillini ȝ 3 olei de spica ȝ 1½ medulle cruris vituli ȝ 1 cere quantum sufficit et fac unguentum cum quo incorpora paste radicis yreos ȝ 1 et locus ubi duricies sentitur ungatur.

Hoc quoque in casu mulierem in infrascripta decoctione sedere iuvat multum que R camomille melliloti ana M 1½ bismalve cum radicibus M 4 fenugreci semenis lini ana ȝ 1 conquassetur et decoctio fiat.

Ab infra.

R olei de lilio olei camomillini ana ȝ 2 adipis anatis medulle cruris vituli aut potius cervi ȝ 2 bdelii in vino dissoluti ȝ 3 unum vitellum ovi assati quibus tantum rob vini addas quod pessarisari possit de qua tepido ȝ 6 provice sufficiunt.

Valet et hoc nascale quod R thuris armoniaci ana ȝ 1 masticis castorei storacis liquide adipis anatis olei de camomilla ana ȝ 2 gummi cum melle dissolve et nascalia simul omnibus liquefactis conficias. Sic enim apostema matricis frigidum curabile curatur omne.

Capitulum 10. De cura cancri matricis tam ulcerati quam non ulcerati ragadiarum ac ulcerum malignorum.

[A]postema matricis durum in cancrum si mutetur ulceratum sive non Ypocrate teste curatur nunquam palliare tamen ipsum quandam bonum est vita ut quamdiu possit protrahatur in non

ulcerato ulcerationem in ulcerato malignitatem pro posse prohibendo.¹ Pro quo sex rerum non naturalium [*f. b4va*] regimen melancolie multiplicativum evitet omne.

Cum appropriatis quoque mense omni melancolia purgetur semel nam in hoc casu nihil supra.

Smaragdus ac saphirus delati Alberto in *De mineralibus* teste² a tota substantia conferunt maxime ac centinodia herba roberti scrofularia ac ceterac usus quoque istorum a proprietate valet in hoc et maxime ex harum decoctione vinum si limphetur valent et fluviales cancri commesti et super omnia vipatum carnes incisione quatuor digitorum a capite et cauda facta per prius que sine radice diptami conquantur nunquam.

Valet et tyriaca et trocisci de viperis.

Iuvat insuper basilicam aut salvatellam incidere non nunquam.

Ad localia transiens ut ulceratio et augmentum in ulcerato prohibeatur.

Accipe succi solatri residentia facta aut aque sublimationis ipsius ȝ 6 thucie preparate plumbe usti ana ȝ 1 camfore ȝ 1 in mortario plumbi ac cum pistello plumbeo ducantur diu ex quibus postea pessarium fiat.

Ab extra ȝ succi granorum alhehengi ȝ 4 olei rosarum ȝ 8 cere citrine ȝ 6 liquefiant simil cum quibus in mortario plumbeo hos pulveres adiunge. ȝ ceruse lote ȝ 2 plumbi usti et loti thucie preparate ana ȝ 1½ thuris ȝ ½ eris usti antimonii^a balaustiarum radicum celidonie sanguinis draconis chachimie argenti pulveris vermium terrestrium ana ȝ 2 tam diu ducantur quod ad formam unguenti deveniant ex quo exterius locum perunge. Vel aliter. ȝ litargirum et cerusam equis partibus et cum oleo rosato tam diu ad solem ducantur quod formam unguenti suscipiat de quo ut prius locum unge.

De quovis horum unguentorum ȝ ½ accipe et cum succis aut aquis predictis pessa[*f. b4vb*]rum fiat etiam si libet.

Et cum his sepe non ulceratus cancer ad ulceratione defenditur que etiam lupacitatem ulcerati cancri non minus defendunt dolorem et ardorem cum mitigent et malignitati resistant.^b

¹ Volgens Claudius de Astariis, die de gedrukte uitgaven van 1518, 1525 en 1534 emendeerde, verwijst Guaineri hier naar Hippocrates, *Aphorismi* VI.38 (f. f7va): 'Quibuscumque absconditi cancri fiunt non curari melius est: curati enim pereunt citius: non curati multum tempus perficiunt.'

² Albertus Magnus, *De mineralibus* (Padua: Petrus Maufer 1476) lib. II, tract. I, cap. I: 'Adhuc autem expertum est saphiros aliquos antraces fugare, et unum tale vidimus oculis nostris.'; lib. II, tract. I, cap. XVII: 'Huius autem virtutem ego vidi quod antraces duos fugavit.' Albertus Magnus schrijft echter nergens een dergelijke werking toe aan smaragd.

^a *antimonii*: ante corr.: *antimoni*

^b *malignitati resistant*: ante corr.: *malignitatire sistant*

In ulcerato tamen tale pessarium fieri solet quod mire valet.

Accipe herbe roberti tapsiibarbassi scabiose caprifolii aneti stercoris humani ana partes equales conburantur de quorum pulvere accipe ʒ 3 et cum ȝ 6 aqua solatri in mortario plumbeo ducantur et pessarium fiat.

Ab extra unguenta prescripta valent ac etiam ipsorum ȝ ½ cum aqua solatri ȝ 6 pessarium factum.

Ex litargiro rosato oleo et aceto solet etiam in mortario plumbeo ungentum fieri valens in casu isto quo ut precedentibus, utendum est. Et sic patet tam ulcerati quam non ulcerati matricis cancri palliativa cura.

Cumque ragadie ut dictum est quam ulcera quedam parva aliud sint nihil ex apostemate aut ex causis apostema inducentibus genita si maligna fuerint aut non maligna ex tam in aliis capitulis quam hoc dictis cura clare patet. Et sic per hoc cancri ac ulcerum matricis malignorum cura finem recipit.

Capitulum 11. De pruritu matricis et priapismo.

[P]ruritus matricis est stimulus quidam scalpellandi seu confricandi locum in quo est appetitum inducens qui ab humore colerico baurachio seu adusto in ea preternaturam congesto provenit.

Humor quidem valde colericus sua ex quadam igneitate in se stimulante igneitates habet acutas baurachius vero ex permixtione insipidi cum terreo grosso amaro generatur. Cuius causa in humore sic genito acuitas derelinquitur quod [*f. b5ra*] a qua locum scalpellandi aut confricandi tunc appetitus insurget. Adustus autem aut ex accidenti inse aut per alterius admixtionem generatur.

Ex accidente in se humorem aduri contingit ut ex caliditate in se existente nimia que quandoque ex mala totius complexione aut particularium membrorum provenit ut epatis seu venarum. Ex rerum quoque calidarum acutarum aut salsarum nimio usu. Continentis et etiam superflua caliditas seu frigiditas per antiparistasim caliditatem concludens ac accentrans hoc efficere posset et ut omnia in unum simul colligam res quelibet non naturalis superfluam caliditatem in humoribus valens inducere hoc idem efficere poterit.

Alterius per admixtionem humor aduritur ut cum colera adusta verbi gratia flegma seu melancolia sanguini commiscetur tunc enim cum adurendo sui ad naturam trahit et acuitatem quandam pungitivam ac stimulantem per talem admixtionem acquirit.

Patet igitur ex his qualiter ex materie colericitate nitrocitate^a vel adustione in ea acuitas acquiratur, cuius ratione punctio fit ex qua scalpellandi seu confricandi appetitus insurget. Et sic materia talis in matrice congesta pruritum efficit, ex quo scalpellandi locum seu confricandi appetitus fit.

Ex quibus quid sit pruritus matricis et eius causa liquet manifeste. Et ex consequenti in muliere quid priapismus qui est aliud nihil quam immoderatus coeundi a premissis causis in muliere causatus nam cum stimulus ille appetitus confricationis inducit tunc coitum ut locum confricetur appetunt verum ex tali confricatione humor continue magis acuitur et ad confricatum locum maiori in quantitate confluit. Unde coeundi appetitus continue insurget maior et hanc ob causam coitu plerumque non satiantur. Et he cause tantum augentur interdum ut virtus prosteratur et sic paupercula coitu non satiata perit.

[f. b5rb] Sperma quoque mulieris ex materiebus premissis in genitum se acuitatem quandam stimulativam^b retinet propter quod in muliere priapismus causatur interdum.

Habes igitur tam priapismi quam matricis pruritus causas quibus notis ad signa deveni. Si ab adusto sanguine provenerit ad rubedinem quandam obscuram declinabunt menstrua ac cause sanguinem adurere potentes precesserunt de quibus ab infirma studiose investigandum est. Idem dico de colera melancolia ac flegmate propter quod totius habitudo complexio etas precedens regimen tempus anni regio et similia tibi consideranda erunt et cui magis assentiant humori. Is in causa erit et si urina ac pulsus ad hoc consentiant certior tunc fies. Verum colera existente in causa mentrua ad citrinitatem obscuram quandam declinabunt. In melancolia ad nigredinem et in flegmate ad obscuram albedinem seu fuscitatem. Causarum igitur talis egreditudinis demonstrativa signa taliter investiganda sunt. Pronostica vero. Si hec passio diu duraverit de quacumque egreditudine ad adustione humoris venerit potente in toto aut in membris particularibus et in matrice maxime timendum erit ut scabies lepra impetigo serpigo cancer, herpestiomenus et similia. Nam in tantum aliquando humores tales inflammantur quod ex his talium egreditudinum aliqua nascitur. Interdum quoque antequam ad aliqua talium deveniatur virtus in tantum prosteratur ut ab egreditudine victa succumbat. Si igitur accidentia continue augeantur de egreditudinum predictarum aliqua aut de virtutis prostratione et successive de mortis periculo pronosticandum erit. Accidentia vero si continue remittantur de salute.

Istis cognitis deinceps ad curam accede, et sex rerum non naturalium regimen ad frigidum et humidum facias totum ut declinet.

^a nitrocitate ante corr.: introcitate

^b stimulativam ante corr.: stimultatinam

Omne baurachium omne acutum et in humoribus acuitatem inducere potens evitandum quodlibet. Deinceps totius habitudo consideranda erit [*f. b5va*] que si sanguinis dominium iudicaverit^a in nigra flebothomia fienda est et copiosa quidem. Ceteris autem in complexionibus et maxime colerica ex sanguis diminutione ne egram ad colere super incisionem ducas cave, quo in casu flebothomiam dimittere forsan prestat, secundum potius super nates ventosas cum scarificatione apponi iube. Postea veno cum appropriatis digestivis et successive solutivis adustam coleram evacua, et idem de melancolia et flegmate est dicendum, dum in causa alterum ipsorum esse cognoveris et non semel solum sed ubi opus fuerit fiat ergo.

Quoniam autem hoc fieri debeat practicantibus communiter notum est.

His notis ad appropriate localia deveni, quod si ad intra matricem pruritus fuerit pessarium tale fiat. Quod R lappacii acuti fumi terre scabiose solatri acetose marrubii penthafilonis ana M 1 fiat decoctio de qua ȝ 6 accipe et in ea unguenti infrascripti ȝ ½ dissolve et pessarium confice unguentum sic fit.

R ceruse litargiri ana ȝ 3 plumbi usti scorie argenti ana ȝ 3 masticis olibani ana ȝ 1½ pulverisetur et in mortario cum oleo rosato et aceto albo tam diu ducantur quod ad formam unguenti deveniant nunc oleum et de hinc acetum addendo, in fine veno argenti vivi cum salvia extincti adde ȝ 3 et fiat unguentum. Vel pessarium fiat Avicenna. Quod R foliorum mente corticum generatorum lentium excorticatarum ana M 1 in vino decoquantur et ex decoctionis eius ȝ 6 pessarium fiat.

Ad idem aliter faciebat R croci camphore ana ȝ ½ plumbi usti ȝ 1 baccarum lauri ȝ ½ olei rosati vini ana ȝ 2 agitentur simul et pessarium fiat.¹

Ego autem in isto casu ex lacrimis vitis factum pessarium optimum inveni ac etiam tale quod.

R salvie foliorum olivarum stafizagrie radicum lappatii ana M 1 buliant in aqua ex cuius decoctione pessarium fiat.

Vel *faff. b5vb* cias sic. Accipe lactis ȝ 4 aqua salse ȝ 2 mellis ȝ 1 misce et pessarisetur

¹ Avicenna, *Canon medicinae liber III* fen XXII (i.e. XXI), tract. III, cap. XVI (f. u3va): 'Et ad pruritum est expertum istud: sumantur folia mente et cortices generatorum et lentes excorticatae decocta cum vino et supponantur, et iterum sumantur croci et canphore [sic] amborum ana sextam ȝ unius plumbi adusti tertiam ȝ unius baccarum lauri ȝ 5 terrantur et cribellentur et liniatur locus oleo rosarum et confiantur cum albumine ovi et aliquantulo vini et supponantur [...].'

^a *iudicaverit*: ante corr.: *iudicavenit*

^b Symbool is in spiegelbeeld afgedrukt.

mulier.

Aliqua bulire faciunt lupinos in aceto conquassatos et pessarium ex eo faciunt. Idem quoque cum succo maurelle sepe feci et est expertum. Plurimi ex herbarum frigidarum succis pessarium faciunt ut est endivia lactuca porculaca semperviva vermicularis acetosa et mater violarum et tu facias si libet. Si autem in collo matricis aut in orificio pruritus fuerit in quovis suprascriptorum petias immerge quas loco applica sepe ac de prescripto unguento inungere potes quia valet mirabiliter^a cum his deo duce pruritus sedabitur. Et si prescripta ad priapismum valeant infrascripta tamen magis appropriata sunt, et primum est pessarium ex folo cicute succo factum, vel cum eo ȝ 2 stercoris muris adiunge et est expertum.

Vel pessarium fiat ex succo maurelle portulace lactuce acetose aut foliorum salicis de stercore muris addendo ut dictum est.

Ab extra inter cetera suffumigium ex agnacasto factum mirabiliter valet et ut expertus sum odor camphore mirabiliter omnibus prevalet, vel lectum ex agnacasto vel verbena substerne super quem infirma decubat. In digito^b zaphirum portare iuvat Alberto teste.¹ Alii dicunt de sardonico lapidis aut topasio seu smaragdo hunc tamen in coitu fragmenti vidi. Per os vero detur pulveris nenufaris ȝ 1 cum sirupo de papavere aut camphore ȝ 1.

Lactuca et portulaca commesta multum valet. Et alii in potu succum portulace endivie agni casti aut verbene tribuunt. Et ego succum foliorum salicis expertissimum inveni, quod si his pro delicatis mulieribus uti volveris hos succos iulepisare facias eos aromatizando^c cum camphora et cum aqua sublimationis herbarum prescripta[f. b6ra]rum de eo in potu sepe tribue. Fertur etiam quod radix inferior gladioli omni vino potata appetitum coeundi removet.

Reperi quoque quod infrascripta^d idem faciant et puto a proprietate quadam vel a caliditate ipsorum caliditatem in illis adustis humoribus seu baurachiis exterminando vel potius ventositatem titillantem seu stimulantem resoluendo si ea in causa fuerit. Isto tamen efficacius

¹ Albertus Magnus noemt het dragen van saffier op de vinger een keer in *De mineralibus*, maar die passage heeft alleen betrekking op bescherming tegen gevaren onderweg (*De mineralibus*, lib. II, tract. II, cap. VIII: 'In Ligaturis autem phisicis est usus eius quod [...] digito gestatus tutum reddit peregrinum [...]']). In de passage over saffier beschrijft Albertus Magnus wel de werking waar Guaineri hier wellicht op doelt, maar niet dat de saffier aan de vinger gedragen moet worden: 'Aiunt etiam hunc lapidem hominem castum redere et interiorem ardorem refrigare [...]' (lib. II, tract. II, cap. XVII). Mogelijk verwart Guaineri deze specifieke toepassing van saffier met wat Albertus Magnus schrijft over smaragd: 'Expertum autem est temporibus nostris quod hic lapis si vere bonus et verus est non sustinet coitum: propter quod rex Ungarie qui nostris temporibus regnat: in coitu cum uxore sua lapidem hunc in digito habuit, et propter coitum in tres partes fractus fuit. Et ideo probabile est quod dicunt quod hic lapis gestantense ad castitatem inclinat.' (ibid.)

^a *mirabiliter*: ante corr.: *mirabilieer*

^b *digito*: ante corr.: *digita*

^c *aromatizando*: ante corr.: *arotizando*

^d *infrascripta*: ante corr.: *inftascripta*

in viris priapizantibus quam mulieribus valere conperi. Et sunt ista calamentum montanum ruta nasturcium polium montanum semen ysopi menta nepita et mentastrum.

Valet etiam in isto casu plumbeam laminam super renes deferre et in hoc tam pruritus matricis quam priapismi cura finitur.

Si tamen pisocharizare volveris iejunum et abstinentiam iube ac ut cilitiam super carnes deferat super stramentorum stratum decubat coreas vitet at pro corum iuvenum conversationem de venereis loquantur nunquam ymo nec si fieri potest cogitent quod ut facilius fiat circa gubernationem sue domus defatiget se orationibus divinis insistat et ubi legere sciat si quid ocii superest sanctorum patrum vitas lectitet.

Et cum sine Cerere et Bacho frigeat Venus cum pane et aqua macerantia ieunia sepe faciat.

Quod si mulier hec fecerit certus sum priapisabit nunque et sic habes priapismi in muliere curam tam pizochariorum quam cum appropriatis factam.

Capitulum 12. De emorroydibus matricis et moris ficibus clavis sive verrucis et carne addita.

[E]morroydis equivocatur nomen nam in circuitu ani ab vena chili vene quinque ortum habentes terminantur.

Cumque nature *[f. b6rb]* fetali sanguine^a gravatam se sentit per harum venarum seu alicuius ipsarum apertioem eum emittens se exonerat sepe.

Hinc vene ille emorroydis dicte sunt ab *emorrhagia* Grece quod in Latinum fluxus sanguinis sonat.

Et hanc ob causam vene omnes per quas natura facile sanguinem emittit emorroydes nuncupantur unde tam nasi quam matricis venas per quas sanguinis effluit emorroydes vocamus.

Super emorroydales ani venas excrescentie diversarum formarum ut mori ficus uve verruce etc. nascuntur sepe quas etiam emorroydes appellare consuevimus. Et sic emorroydis nomen equivocatur quia quandoque venas quandoque excrescentias illas importat.

Emorroydalibus illis excrescentiis in matrice sepe similes illis generantur de quibus in presenti capitulo sermo erit.

Et quia tales quandoque mori quandoque verruce seu clavi et interdum ficus formam habent in rubrica capituli de emorroydibus matricis moris ficibus clavis et addita carne posui

^a *sanguine*: ante corr.: *sangnine*

ut si tibi talia curanda venerint quo in capitulo curam invenire debeas scias ly et tamen expositive et non copulative intelligas velim.

Et si ex prehabita apostematum matricis descriptione hec apostemata appellari possunt curam cum a predictis diversam recipient facere distincta capitula volui.

Emorroydes que mori seu ficus formam habent ex fetali sanguine generantur verrucales ex melancolico humore cuius humidum fere consumptum est vesicales et vuales ex flegmate vel ex flegmatico sanguine.

Addita caro ex successione ulcerum ragadiarum vel talium excrevisse potuit.

Excrescentias preterea tales quandoque in profundo quandoque in collo seu matricis orificio nasci contingit [*f. b6va*] profunde vero nec comprehendendi nec curare possunt, ideo nec ipsarum gratia sed apparentium solum hoc capitulum factum est quia tales in cura iam habui propter intensos quos causant dolores interdum. Excrescentias igitur tales apparentes tactu ac visu, vel honestius ut dixerim^a ex infirme relatu comprehendes de quarum forma etiam inquiras studiose et talia tibi signa demonstrativa erunt.

Pronostica vero verruce difficulter aut nunquam curantur.

Cetere vero si eas in curando studium apposueris curam recipient.

Si ab aliqua ipsarum sanguis emanaverit fetulentus ab egritudinibus que a sanguine melancolico aut ex menstruorum retentione provenire solent infirmam securam efficit.

Sanguis item melancolicus si per menstrua tunc fluxerit abundanter infirme alleviationem portendit.

Et sic patet quid pronosticandum sit.

Cura quandam in cura iam habui qua in orifitio exteriori ficus non nullas habebat, intensos adeo dolores causantes ut quiescere posset haud quaquam.

Et adhibito regimine infrascripto deo duce ad perfectam venit curam.

Sex igitur rerum non naturalium regimine melancolie multiplicativo prohibito ex saphenis vel ex ipsarum altera flebothomiam fieri iube.

In ficibus tamen moris ceteris paribus abundantem magis.

Secundum quoque exigentiam, peccantem humorem digeras et evacua et successive a localia^b transi.

Et ad mitigandos dolores accipe picem Hispanam de qua pulverizata in terrea scutella pro libito pone super quam inflammatum lardonem^c guttatum fluere facias tamdiu scilicet ut pix

^a *dixerim*: ante corr.: *dixeri*

^b *localia*: ante corr.: *locolia*

^c *lardonem*: ante corr.: *ladonem*

liquifacta ad modum unguenti deveniat et ex eo dolentes emorroydes cuius sint forme perunge. Vel accipe butirum recens quod in plumbeo [*f. b6vb*] mortario et cum pistello plumbeo tam diu ducatur quod plumbi colorem recipiat et ex eo unctio fiat, mirabiliter enim talium dolorem sedat. Idem faciunt petie infuse in succo herbe sancti Petri et super loco posite.

Quod si dolor cum ardore esset intensus nimis. R̄ unguenti populeonis ȝ 3 croci ȝ 2 opii ȝ 1 vitellum unum ovi recentis incorporentur et ex eo locum dolentem perunge hoc enim unguentum dolorem quantumquaque intensem mitigat ac ardorem reprimit.

Talia ad sedandum dolorem sunt in hoc casu precipua.

Sed ad eas totaliter extirpandas primo sic facias quanto plus fieri potest iuxta radices cum serico filo ligabis et stricte quod sic enim per se cadunt sepissime.

Aut eas cum oleo de semini lini aut de persicorum nucleis inunge et pine combuste de pulvere super asperge.

Vel facias sic. Accipe de cortice nucis aut quercus de spongia ac de aristologia rotunda equis partibus misca et in olla in furno simul exiccentur vel ad ignem sic quod pulverizari possint et cum tali pulvere locus cum melle per prius unctus aspargatur.

Tales enim excrescentias his pulvis mirabiliter desiccat.

Quod si fortiori exiccativo opus sit. R̄ foliorum vitis muscatelli foliorum fici et ficuum immaturarum ana M 1 viridis eris ȝ 1 ponantur simul in olla et tantum in furno vel ad ignem desiccati permittant ut inde pulvis fieri possit quo locus oleo de semine lini perunctus aspergat. Et ubi talia ad resolutionem et exiccationem rebellia fuerint accipe calcem vivam quam cum melle in pasta^a et in furno exiccati permitte tantum ut pulvis fieri possit quo ut in precedentibus utere.

His enim pulvis et inmediate precedens excrescentias tales omnino removet [*f. b7ra*] ac sine violentia additam carnem resolvit et sic isto cum regimine excrescentias tales deo adiuvante curabis omnes.

Fertur quoque quod succus tapsibarbassi cum oleo de semine lini mixtus et etiam super istas verrucales^b excrescentias sepe positus omnes prefecte sanat.

Et in hoc huic capitulo finem imponam.

Capitulum 13. De precipitatione matricis.

[M]atricis precipitatio est eius propter casum vel percussionem aut talium aliquod vel propter

^a *in pasta*: ante corr.: *impasta*

^b *verrucales*: ante corr.: *verruculas*

in existentem humorem seu ventositatem aut propter humiditatem ligamenta relaxantem seu putrefacientem ad alterum laterum superius seu inferius et interdum ab extra progressio.

Ex descriptione hac cause precipitationis matricis manifeste tibi fiunt nam quedam extrinsece ut casus percussio, gravis ponderis elevatio cespitatio cursus velox aut talium aliquod.

Super rem frigidam diurna sessio seu in aqua frigida longa mora aut aque frigide potatio nimia difficultas partus. Impetuosa fetus emissio aut casus aut secundine ab obstitrice violenta extract[io]. Tussis quoque vociferatio ac vehemens sternutatio idem sepe facit.

Intrinsece ut menstruorum retentio quorum gravedine matrix interdum descendit humor item in ea congestus cum movetur idem efficiet.

Similiter et ventositas ad alterum latus seu inferius ipsam impellens.

Quod si ob hoc tamen tractum sursum fecerit sic ut dyafragma comprimat et anelitum impedit suffocationem et non precipitationem hanc ex supra tactis fore tibi notum. Humiditas preterea ligamenta relaxans seu putrefaciens precipitationem inducit.

Et ecce tam intrinsecas quam [*f. b7rb*] extrinsecas matricis precipitationis causas in summa, quod si alie invente fuerint ad has erunt reducibles quibus derelictis^a ad signa devenias.

Causarum extrinsecarum^b signa infirme latu manifeste tibi fiunt.

Intrinsecarum vero si sursum matrix non perfocans ascendit dolor ac gravedo ab umbilico supra sentitur.

Ibidem quoque rem rotundam tactum percipies, videtur et interdum mulieri ut a manu quadam deprehendatur sic ut cum suspiriis fere profocata maneat vertigo scotomia ac capitis dolor hoc in casu sepe fiunt, fit et aliquando fastidium abhominatio nausea et eructatio et maxime in causa ventositas si fuerit cum quo etiam rugitus et ambulativa ventositas sentitur.

Ad alterum latus matrix cum precipitat dolor gravedo et inflatio ibidem percipitur quo in casu sepe fit ut matricis os ab oppositione recta divertatur quod si mulier tunc coeat in matricem sperma ingredi non potest.

Ad inferiora matrix si principitet dolores circa renes et pectinem sentiet.

In pectine quoque ipso et iuxta vulvam res rotunda cum tumore ac gravitate tactu percipitur intestinum enim rectum ac vesica sepe conprimitur sic ut egestionum et urine difficultas accidat plerumque.

Hoc in casu urina alba erit et spissa multum infundo cum liventibus resolutionibus

^a *derelictis*: ante corr.: *derelectis*

^b *extrinsecarum*: ante corr.: *extrisecarum*

seu nigris pulsus mollis parvus ac spissus et inordinatus.

Quod si ligamentorum mollifactio seu putrefactio fuerit sic ut ob hoc matrix descendat et exterius progrediatur hoc sine dolore fiet ac insensibiliter ut plurimum putride vero humiditates continue quasi a matrice egredientur quod si virulente fuerint ligamentorum corruptionem denunciant.

Debes et post hoc totius habitudinem complexionem precedens [*f. b7va*] regimen et talia considerare hec enim predictis si consenserint certior multo fies.

Et hec tibi demonstrativa signa sint.

Pronostica vero matrix sursum ac lateraliter si precipitaverit curatur facile.

Ad extra^a vero quantumcumque noviter difficulter.

Inveterata nunquam, et eo magis si propter ad extra longam moram seu quomodo libet aliter matrix putrefacta sit, quo in casu eam abscindere nec vereris iuxta sententiam^b Biblikil^c in suo *Parvo continente* capitulo 44 et 49^d.

Noli inquit timere si matrix egressa fuerit incidere ex ea quod putrefactum est quia extracta fuerat et abscisa^e tota postquam corrupta fuerat et supervixit mulier.¹

His cognitis ad curam deinceps accede, unde ad calidum et ad siccum sex rerum non naturalium regimen fac ut declinet.

Provocetur vomitus si fieri potest. Clisteria excarminativa ventositatis que benedictam recipient ubi opus sit facito quod si in toto repletionem comprehenderes sit ut flebothomia necessaria foret si sursum aut ad alterum latus precipitatio fiat ex zaphena oppositi lateris flebothomia fienda erit. Inferius vero ubi descensus esset cephanicarum alterum flebothomari iube, postea secundum exigentiam cum appropriatis materiam digere, evacula quoque et hoc fiat prout in capitulo de retentione menstruorum humoribus frigidis in causa existentibus supra te docui, quibus peractis ad localia veni.

Et primo ad superiora matrix si precipitet cum suffumigiis ligaturis et aliis in capitulo de prefocatione descriptis ad locum proprium impellatur.

¹ De editeur is er niet in geslaagd deze auteur of dit werk met zekerheid te identificeren. Cf. M. Donati, *De medica historia miribili libri sex* (Venetië: Iuntas 1597) f.207v: 'Quod etiam Biblikil in suo *Parvo continente* capitulo 44 et 49 faciendum docet, inquit enim: Noli timere si matrix egressa fuerit, incidere ex ea quod putrefactum est, quia abstracta fuit, et abscissa tota, postquam corrupta fuerat, et supervixit mulier.'

^a *Ad extra:* ante corr.: *A dextra*

^b *sententiam:* ante corr.: *sentenriam*

^c *Biblikil:* ante corr.: *Bilbikil*

^d De basistekst geeft 'capitulo xlippii et xlviippi', maar mogelijk is 'xlviippi' een *saut du même au même*. Franciscus Bobiensis veranderde deze verwijzing voor de gedrukte uitgave van 1488 in 'capitulo xlippii et xlvi'.

^e *abscisa:* ante corr.: *abcisa*

In latus vero matrix si precipitet in opposito latere ventosa magna sine scarificatione ponatur ac in eodem ligature fiant dolorose et super illo infirma decubat.

Sibi quoque stomaco iejuno coclear unum infra *f. b7vb* scripti pulveris cum vino calido tribuatur qui ℥ foliorum ac baccarum lauri cornu cervi usti ana 3 2 mirtillorum 3 2 fiat pulvis vel da 3 2 aristologie rotunde. Vel facias sic. Accipe nucleorum persicorum 12 pistentur et cum his dissolve vitellum ovi recentis cum quibus postea adde parum cinamomi baccarum lauri et aristologie rotunde adiungendo vinum cum zucro aut melle mixtum pro libito et una bulitione totum buliat quod calidum iejuna mulier bibat.

Hoc in doloribus matricis ac precipitatione inveni semper efficacissimum.

Si vero matrix deorsum tendat, existum dum tamen non fecerit suffumigia inferius fienda et odorifera superius applicanda sunt, ligature quoque dolorose brachiis fiende ac super umbilicum sine scarificatione ventosa ponenda aut in mammilarum radicibus vel versus quodlibet latus una.

In medio vero alia sic ut super ventrem tres simul ventose sint et tam diu ista fiant donec matrix in loco proprio situata sit quod ex accidentium quietatione cognoscas.

Et hoc cum factum fuerit ut ibi amplius non precipitans quiescat facias prout te infra docebo.

Si vero ad extra matrix devenerit per clistere feces educantur primo ac urina evacuetur ut locum latum et non artum matrix cum intromittitur inveniat. Quod si ipsa frigidata fuerit sic introducenda non erit sed per prius ex decoctione foliorum lauri mentastri abrotani arthimesie et similiu[m] fomentatio calefiat deinde obstitrix ex adipem galline manus perungat.

Matricem vero ex seminis citoniorum mucillagine qua statim ex pulvere infrascripto salipiset qui ℥ acacie 3 2 mirtillorum balaustiarum rosarum rubearum ana 3 1 *[f. b8ra]* pinee combustae cornu cervi usti ana 3 1½ fiat pulvis.

Salipisata matrice cum elevatis cruribus infirma resupina iaceat.

Obstitrix autem matricem tum suaviter intromittat quo facto crura patiens extendat et resupina decubat deinde super sumen sine scarificatione ventosa magna ponatur naribus semper odoriferum aliquod teneat. Et inferius aliquod ex infrascriptis suffumigiis applica quod ex stercore thauri aut bovis efficacissimum semper inventum est vel ex colofonia mastice et assa fetida aut ex diptamo^a in aceto decocto vel ex colofonia et ypoquistidos. Vel facias sic, et est expertum. Accipe acacie persidie balaustiarum radicum bistorte gallarum nucum cipressi mirtillorum vel foliorum eius ana 3 ½ masticis olibani ana 3 3 asse fetide 3 1

^a *diptamo*: ante corr.: *diptanio*

conquassentur et coclear unum super carbones accensos pone et per embotum fac fumum mulier ut sumat ipsa taliter tecta ne quovis modo ad nares alicuius illorum fumus ascedat propter quod odiferum semper aliquid odoret.

His factis vulva et collum matricis ex decoctione infrascripta fomentetur que R mirillorum M 1 rosarum rubearum glandium balaustiarum acacie ana M ½ conquassentur et decoctio fiat in vino stiptico et successive fomentatio ex ea tepida et postea ex prescripto pulvere salipisatio.

Hoc tacto cum nascali infrascripto coxe alligato nastalisetur quod R asse fetide ȝ 1 masticis ȝ 2 mirti seminis thuris gallarum nucum cipressi ana ȝ 1½ cum oleo mirillino nascalia filo appensa fiant vel in pecia rara ligentur et mulier nascalisetur.

Talis ordo tam introducendo quam introducta fuerit observandus est.

Aliter et cum aliis matrix [*f. b8rb*] introducitur.

Alleum bene pista quod in aqua dissolve sic ut fluidum et non spissum remaneat, et hoc tepido egressa matrix fomentetur deinde cum infrascripto pulvere salipisata intromittatur quod R pinee combuste cornu cervi usti thuris masticis^a omnium pulverisatorum ana ȝ 1.

Matrice introducta super femur ventosa ponatur et alia que in prima reductione facta sunt ordinate fiant omnia.

Nonnulli dicunt quod recens contrita et super ventrem emplaestrata ad intra matricem trahit.

Alii introducta matrice eius collum ac vulvam ex ea emplastrant et ut suffumigia dicta ad eam debite locandam valeas, modus Avicenne talis est. Lanam succidam levem valde et bene carpinatam accipe quam matrici ut adhereant appone quod si nequit, matricem ipsam ex seminis citoniorum mucillagine vel ex altea prescripta in rustica maxime illima sic ut lana tamen adhæreat.

Lanam quoque aliam ut succo prunellorum sylvestrium aut in vino stiptico decoctionis rosarum mirillorum sumac acacie et ypoquistidos infusam habeas quam circa os involve demum manibus adippe galline perunctis obstrix infirma resupina ac cum elevatis cruribus situata matricem suaviter introducat deinde lanam aliam in aceto infusam et expressam vulve applica.

His peractis mulier cruribus adunatis extendat se et super dorsum iaceat.

Et hic est Avicenne modus quem si feceris ea introducta ventosam et alia modo dicto per

^a *masticis*: ante corr.: *matricis*

ordinem facito.¹

Restat nunc matrice introducta et in eius loco situata modum scribere per quem tali in loco sine precipitatione conservetur introducta matrice et aliis remidiis ordinate factis per diem [*f. b8va*] naturalem in situ illo infirma permaneat deinde ab umbilico infra in infrascripto balneo sedeat quod R rosarum rubearum mirtillorum sumac foliorum mespilorum sorbellarum corticum quercus glandium origani salvie rute consolide maioris ana M 1 conquassentur et in aqua pluviali aut in aqua ferrariorum decoctio fiat in qua mulier ad minus per horam sedeat deinde R rute arthimesie ana M ½ castorei ʒ 2 conquassentur et buliant in vino de quo cum ʒ 2 metridati egressa a balneo mulieri in potu tribue, vulva ex decoctione que mirtillos rosas ac glandes in vino facta recipit fomentetur. Et cum prescripto pulvis qui acaciam in primis recipit salipisetur vel ex eo qui pineam combustam cornu cervi thus ac masticem recipit.

Salipisatione facta nastale prescriptum quod assam fetidam recipit imponatur, venter autem ex armoniaco in succum absinthii dissoluto illimat ventosas que in radicibus mammilarum si libet appone

Regimen tale per dies novem observetur deinde R thuris mastice oppoponacis terbentine galbani serapini rasine pini storacis liquide colophonie ana ʒ 2 cere citrine ʒ 3 fiat cerotum quod super rotundo corio extendatur et tale super femur per dies plurimos portet vel facias sic. R galbani ʒ ½ gallie muscate ʒ 1 gariofilorum ʒ ½ fiat cerotum quod valet ut precedens, precipitationi matricis relaxata aut paraliticate ligamenta seu quovis modo alia ab causa frigida provenienti curationis prescriptus modus conveniens est. Avisatus tamen esto quod humoribus frigidis mucillaginosis existentibus in causa mulierem nisi bene purgatam tenueris ac convenienti cum regimine dietatam curabitur nunquam [*f. b8vb*] precipitationi preterea ex ventositate seu alia frigida causa quovis modo provenienti matrice non egrediente factis evacuationibus debitissimis unctiones super ventrem mirabiliter valent et matricem in proprio loco situant ac eam firmam detinent.

Primum est unctio ex oleo de lilio composito facta. Unguentum item infrascriptum quod R olei nucum ʒ 3 seminis lappacii acuti ʒ 1 thuris masticis cornu cervi usti pinee combuste ana ʒ 2 cere quod sufficit fiat unguentum. Vel facias sic. R olei de lilio ʒ 4 mellis ʒ 2 pulveris cimini

¹ Avicenna, *Canon medicinae liber III* fen XXI, tract. IV, cap. VII (f. u4va): 'Et qum ex pletum fuerit illud resupinetur mulier et aperiat quod est inter crura sua et assumme lanam ex velleribus lenibus et fac eam adherere matrici: deinde accipe lanam aliam et infunde eam succo acatie: aut vino in quo dissolutum sit aliquid stipticum et pone super os matricis et reduc cum facilitate ad anteriora ita ut redeat lana tota ad anteriora: deinde accipe lanam aliam et infunde eam aceto et aqua et pone eam super vulvam et precipie mulieri ut iaceat super latus suum et adunet crura sua et servet lanam ubi est preparata in ea ne cadat [...]'.

ꝝ 1 simul buliant et de his calidis unctio fiat que ventositate existente in causa maxime valet.

Ad idem emplastrum ex succo rute cum ordei farina factum.

Alii ad matricis precipitationem lanam succidam cum aceto forti bulitam ac calidam et expressam ventri applicant aut saccellum sulfuris^a torrefacti.

Nonnulli quoque ex ruta arthimesia ac saturegia in vino decoctis saccellum faciunt, quem sic calidum super ventrem apponunt.

Et ego ex mentastro super latere calido vino asperso saccellum calefactum in hoc casu inveni efficacissimum.

Si vero matrix propter partus difficultatem casum percussionem gravi oneris elevationem saltum autem talium aliquod ad extra precipitaverit modo prescripto introducenda est ac ventose fomentatio salipisatio balneum et alia ut prius ordinate fienda sunt quod si ex ligamentorum putrefactione matrix egressa fuerit introduci si poterit illis postea utere que in cura ulcerum matricis superius dicta sunt. Si vero putrefacta curam cum recipere possit nunquam eam documento Biblikil^b audacter incide.¹

Et hec de precipitationis matricis cura.

[f. c1ra] Capitulum decimum quartum. De humiditatibus matricis.

[M]ulte superflue humiditates in venis matricis ac in membris aliis a matrice generantur sepiissime quas natura aliquam per locum sibi magis convenientem per matricem expellit interdum nam due vene magne chilis scilicet et porte seu ventrem habentis in venas plurimas graciles ac subtiles ad matricem tendentes ramificantur.

Hec autem cum nutrimento quam debeant repleantur magis ipsarum propter frigiditatem digeri non potest et sic superfluitates ille per venas ipsas ad matricem si pervenerint per eam ad extra mandantur que cum diversorum colorum sint si albe alba menstrua nuncupantur citrine citrina, et sic de aliis.

Harum superfluitatum causa est matricis seu epatis seu membra alterius seu virtutis digestive totius debilitatio propter quod in debitum nutrimentum sanguinem convertere non potest et sic in matricis venis seu stomacho epate aut alio quovis membro seu in toto congestis natura per matricem tamquam per locum pro tunc convenientem sibi magis eas expellit absque ulla gravedine sine alia passione ut plurimum. An sanguinee flegmaticice colerice aut

¹ De editeur is er niet in geslaagd deze auteur met zekerheid te identificeren. Waarschijnlijk verwijst Guaineri naar diens *Parvus continens*.

^a *sulfuris*: ante corr.: *furfuris*

^b *Biblikil*: ante corr: *Bilbikil*

melancolice fuerint ex earum colore cognosces, nam si albe flegmatice citrine colerice rubee sanguineet fusce seu nigre melancolice erunt quod ex ipsarum inspectione aut infirme narratione comprehendes et hec tibi signa demonstrativa sint. Pronostica signa superfluitates ille non curantur facile, et esto ipsarum expulsio mulieribus perutilis sepe sit cum enim in corpore illo preter naturam generentur eas non habere bonum esset, nam he in matrice stomacho epate aut membro alio seu in toto digestive debilitatem arguunt, quod ex membrorum talium seu totius mala dispositione comprehendes et sic [*f. cIrb*] aliquam in membro illo aut in toto egritudinem^a futuram pronosticari poteris puta ydropem vel aliam vitio digestive provenientem.

Quantum ad curam rerum sex non naturalium regimen ad calidum et siccum flegma, si in causa fuerit facias ut declinet. Si colera ad frigidum et siccum. Si melancolia ad caliditatem et humiditatem temperatam, et si sanguinis ad siccitatem et caliditatem temperatam.

Ex quibus omnia sicca magis quam humida convenire liquet manifeste, et super omnia ieunio et abstinentia ac exercitio et antequam surgat frictionibus uti perutile est. Ad medicinalia transeundo humor peccans cum appropriatis educatur flebothomiam ubi opus fuerit permittendo. Et cum confectionibus electuariis pulveris unguentis et cum similibus digestiva peccantis membra vel totius secundum exigentiam confortetur quibus factis ad appropriata veniendo cornu cervi cum acacia et dragantico stomacho vacuo tribus vicibus cum vino bibitum hanc passionem curare affirmant aliqui, et breviter quodlibet infrascriptorum simplicium ieuno stomacho dum vino bibitum huic passioni iuvamentum^b mirabile prestat ut spica nardii que hoc a proprietate quadam facit stella terre et est lapis similis^c gypso coagulum leporis cornu cervi ustum ac lotum semen papaveris nigri rose rubee sumac^d nenufar et berberis. Ex harum enim quolibet vel ex his pluribus pulverem conficere potes aut confectionem secundum quod magis tibi delicatum ac magis conveniens apparabit. Nasalia quoque in hoc casu maxime convenient que ex infrascriptis facta experimento maxime valere conpertum ut est ex acetosa virga pastoris foliis olive et maxime silvestris solastro et semperviva. Et quolibet vel his pluribus contritis nascale facere potes vel succum ex his extrahe et cum immersa lana nascale conficias.

Horum quoque [*f. cIva*] pulveres cum aliquo ex prescriptis succo ad conficienda nasalia efficacissima sunt ut glandium litii corticis olibani stercoris canis cum olibano cineris ligni thamaristi coaguli leporis et eruginis ferri. Ex his tuo modo nasalia confice. Nam

^a *egritudinem*: ante corr.: *egritutudinem*

^b *iuvamentum*: ante corr.: *iuvamentam*

^c *similis*: ante corr.: *salis*

^d *sumac*: ante corr.: *sumec*

flebothomia aut purgatione semel facta et ubi opus sit reiterara si in ceteris mulier bene gubernetur a matrice omnem emanantem humiditatem prescripta tollunt in dubie ferunt et alii quod si tibie ac totum corpus ex oleo de enulo in quo piretrum piper et squinatum cocta fuerint per dies aliquot confricando perungatur humiditates he omnino resolvuntur. Balnea suffumigia et alia multa in hoc casu fieri solent que ad capitulum de difficultate impregnationis reservo. Capitulum enim hoc cum illo affinitatem quandam habet, nam humiditates iste semen^a corrumpendo ad ipsum lubricare faciendo conceptionem impediunt.

Ob has mulieres inmunde fiunt et maricis per consequens non bene gratae et sic ob hoc conceptio multipliciter impeditur.

Tu igitur harum curam perfectam ac completam desiderans ad capitulum illud recursum habeas et per hoc finem huic impono.

Capitulum decimum quintum. De causis et signum tam pronosticis quam demonstrativis superfluitatem menstruorum.

[M]enstrua non minus preter naturam fluere possunt quam retineri et tam ex hoc quam ex illo egritudines originem trahunt plurime Ypocrate *Afforismorum* quinta teste. Menstruis inquit pluribus venientibus accident egritudines et non venientibus a matrice accident egritudines.¹ Cumque supra de menstruorum retentione et in precedenti de humiditatibus matricis quas mulieres falsa menstrua appellant mentio factam sit de ferisque superfluunt interdum menstruis hoc in capitulo facere narrationem libet.

Scito^b igitur quod mulier sana in estate debita existens [*f. c1vb*] lunatione qualibet menstruari debet naturaliter. Et menstruationis tempus a tertio ad octavuum usque diem secundum completionem ac totius habitudinis varietatem durat communiter. Quod si citra aut ultra descriptum tempus menstrua defluxerint preternaturam fluxum talem appellamus communiter de quo in presenti sermo sit, et causa tam intrinseca quam extrinseca esse potest. Extrinseca quidem ut *ruptura*^c vene in collo vel ad intra matricem existentis a saltu percussione casu oneris sue non proportionalis virtuti levatione a virili virga furibunde ingrediente et pre magnitudine venam disrumpente vel ab aliquo talium proveniens aborsus quoque partus innaturalis vulnera corrosiva ulcera ac matricis^d emorroydes in causa esse

¹ Hippocrates, *Aphorismi* V.57 (f. e9va): 'Menstruis plurimis evenietibus accident egritudines et non evenientibus a matrice accident egritudines.'

^a *semen*: ante corr.: *semem*

^b *Scito*: ante corr.: *Ccito*

^c *ruptura*: ante corr.: *ruptuta*

^d *matricis*: ante corr.: *matticis*

possunt quas in pregnante fluere omni mense iam vidi et hec nisi immoderate fuerint fetus debilitatem non consequitur. Intrinseca causa virtutis aut sanguinis vitio provenit, virtutis quidem quia fortis existens sanguinem qualitate aut quantitate peccantem expellit et debilis cum sanguine continere nequit. Sanguis causa fit quali aut in quanto aut in quanto aut in utroque peccet. In quali ut caliditate nimia, aut acuitate mordicativa et corrosiva vel subtilitate aut liquiditate nimia. In quanto vero cum propter ocium cibi et potus leticiam delicias et similia laudabilis sanguis in quantitate abundat nimia in utroque sanguinem contingit peccare sepe ut intuenti patet et he in summa menstruorum fluxus cause fiunt.

Si fuerit propter vene rupturam casu saltu percussione vel ab aliqua causa alia primitiva provenientem patientis iudicio scitur cum quo sanguis continue egreditur et immoderate quidem in principio cum colore proprio, in processu vero quandoque terrens quandoque saniosus egreditur. Si enim in matrice aliquandiu teneatur coagulatus et coloris terrei egreditur. Si diutius in saniem tunc con[f. c2ra]vertitur ac saniosus exit idem quoque sepe fit si ex tali ruptura in matrice ulcus generetur. Aborsus autem aut pretus difficultas in causa si fuerint satis nota se faciunt cum quo dolor angustia et alia in aborsu aut partus difficultate solita evenire se tibi patenter offerent, si propter ragadias aut ulceraria periodice saniosus sanguis emanat. Ab ragadiis periodice quoque clarus et absque dolore sanguinis erit. Virtus fortis peccantem qualitate aut quantitate sanguinem patientis cum alleviatione mandat, quale enim et quantum ope[t] tunc evacuatur. Defectu vero virtutis contentive guttatum paulatim ac inordinate satis fluit incessanter tamen cum quo mulier discolorata erit et macilenta ac eius propter debilitatem passibilis facile. Sanguis suo in colore naturaliter manet cum quo in egressu angustiam arsuram neque ad ustionem facit ullam. Si vero a sanguinis caliditate aut acuitate mordicativa ac corrosiva provenerit in exitu ardor mordicatio ac punctura in matricis orificio sentitur quedam ac patientis sitibunda existentis scissuras quasdam in gingivis et labiis etiam et in superiori maxime habere solet. Tales enim a fumis siccis superius ascendentibus procreantur. In mammilarum quoque capitibus^a propter matricis colligantium dolorem ac puncturam sentiunt et sanguis crocius niger tunc vel ingius existens esto impetuose magna tamen in quantitate non expellitur. Si vero propter subtilitatem tenuis ac clarus existens parum de eo egreditur ac paulative, quod si cum calore fuerit in matrice calorem sentiet cum quo caliditatis signa alia adherunt. Et si cum frigore frigus etc. Si propter liquiditatem sanguis aquosus et fluvidus erit mulier humide habitudinis digestionis atque debilis quod ex abundantia multarum humiditatum ventositatum in ea que generabuntur

^a *capitibus*: ante corr.: *capitulis*

scias, quod si de sanguinis qualitate iudicium certius haberi optas pannum lineum [*f. c2rb*] menstruis intinctum ac leviter lotum respice cuius si color ad rubedinem vergat sanguis, si ad citrinitatem colera, si ad album flebothomia, et si ad lividum sive nigrum melancolia in causa erit et talia tibi demonstrativa signa sunt, pronostica, si fluxus talis bona fuerit cum tollerantia ac quam levitas iocunditas ac quies sequitur ex virtutis fortitudine hoc provenire nuntia quo in casu minime restringendus erit.

Si vero fluxum talem non bene tollerant ni restingatur ad febres colericas intensivas eas talis fluxus dicit sepissime, quod fit quia evacuato sanguine ebilit ac effrenitat colera cuius sanguis frenum existit. Cumque calor naturalis sanguine pabuletur si fluxus superfluat calor ipse consumitur ex quo totius in frigidatio ac membrorum omnium virtutis naturalis debilitatio sequitur et sic appetitus sopitur et tam membrorum aliorum quam stomaci et epatis digestiva diminuitur propter quod ad egritudines consumptivas ut est senectutis ethica etc. deveniunt sepe cassetice quoque fiunt sepissime et tandem ydropice facte pereunt^a quod in hoc casu plerumque vidi.

Menstruorum fluxus qui hora qua luna seu sol eclipsatur accidit curatur nunquam Apilio Platonico teste¹ et sic in summa menstruorum fluxus causas ac signa tam pronostica quam demonstrativa habes que huic capitulo finem imponunt.

Capitulum 16. De approximandis ab intra ut cura superfluitatis menstruorum ab emorroydibus matricis provenientis seu ruptura vene frigida a causa primitiva seu a mordicatione ut sanguinis acuitate quovis modo caliditate dominante.

Visum est qualiter menstruorum fluxus propter matricis ulcera aut ragadias provenire possit et de his supra tibi cura nota est cancri^b quoque potest esset ab emorroydibus seu ruptura vene tam a causa primitiva facta quam mordicativa sanguinis acuitate caliditate [*f. c2va*] quovis modo dominante. Et de his curam in presenti ponere deo adiuvante disposui verum cum hoc in casu non nulla ab intra et quedam ab extra^c approximanda veniant sex rerum non naturalium sub compendio regimine posito, de ab intra approximandis in hoc capitulo doctrinam inscribam.

Sex igitur rerum non naturalium regimen ingrossativum sanguinis adhibeas ad frigidum et siccum ipsum declinare faciendo. Et hic in cibo lac cum ignito ferro seu lapidibus fluvialibus

¹ De editeur is er niet in geslaagd deze verwijzing naar pseudo-Apuleius te traceren in *Herbarium Apulei*.

^a *pereunt*: ante corr.: *periunt*

^b *cancri*: ante corr.: *canri*

^c *extra*: ante cor.: *exrra*

coctum convenit ac rizum panicum partulaca lentes cum aceto ac ova dura in aceto cocta cime quoque rubi tenetur in suarum carnium brodio cocte et prebuliti caules et ultimate^a decocti. Et quod singulare ad inveni ferculum tale prebe. Accipe folia plantaginis cum quibusdam tassibarbassi floribus et ista bene tere cum quibus misce modicum radicis simpitii cocti ad stamineam passate addendo de dulci caseo bene pingui ac renum caprarum aut multonis^b pinguedine et rapiolas in pasta azima cum vitellis ovorum pinsata confice vel cum farina subtili et tales in brodio suarum carnium cocte in hoc casu valent maxime. Carnes vero magis assate quam elixe convenientiunt que quoquomodo coquantur si cum sumach et berberi fulciantur bonum erit vitentur aromata et inter cetera crocus vinum autem eius sit nigrum stipticum grossum cum aqua ferrata pluviali vel cisterne limphatum. Ipsum tamen met vinum ferrare prevalet, et si aurum candens in eo vicibus aliquot extinguatur nihil supra. Super omnia quies iniungatur et scalarum ascensus^c omnino prohibeatur. Somnus aliquantulum solito longior et ingens gaudium devitet, coitum vero velut inimicum mortalem fugiat, et si natura in ventris beneficium provocandum segnis fuerit cum clisteri communi iuvetur.

Ad medicinalia veniendo duo prenota. *[f. c2vb]* Si levitas iocunditas quies ad talem fluxum^d sequantur minime restringatur nullum preterea fluxum talem et si milies posses restringas subito. His prenotatis cum capitulum hoc approximandorum ad intra doctrinam contineat, primo nota quod in iejuno de quovis infrascriptorum ȝ 1 cum vino extinctionis calibus sumpta in illo casu maxime valet ut trociscorum de terra sigillata aut de karabe seu acacie ypoquistidos cornu cervi et loti coaguli edi vel leporis coralli rubei subtilissime pulverisati gummi Arabici^e costi sanguinis draconis luti Armeni Samii vel sigillati pulveris consolide maioris florum citoniorum aut psidie margaritarum mumie mirtilorum olibani vel squinanti et omnium cuiusuis illorum cum vino ferrato vel decoctionis corticum granatorum vel radicum nenufaris aut cum aqua pluviali vel succo sanguinarie^f plantaginis aut portulace in iejunio sumpta mirabiliter operatur. Si tamen cum quovis ex prescriptis liquoribus ematitis lapidem donec rubeat confricaveris tale in potu datum sanguinis fluxum restringit omnem vel cum aliquo ex istis potalibus athanasie ȝ 3 aut miclete stomacho vacuo in potu tribue vel ȝ 1/2 anthimonii seminis iusquiami papaveris nigri seu spice Indice quam a proprietate valere affirmant plurimi. Et idem de seminis peonie cinere corticum ovorum et sulfure pulverisato de

^a *ultimate*: ante corr.: *ultitmate*

^b *multonis*: ante corr.: *mutonis*

^c *ascensus*: ante corr.: *asensus*

^d *fluxum*: ante corr.: *fluxnm*

^e *Arabici*: ante corr.: *Axabici*

^f *sanguinarie*: ante corr.: *sanguiniarie*

quovis enim istorum cum vino cocto ȝ 1 exhibe, idem facit pulvis picis^a navalis ȝ 1 cum succo plantaginis data. Laudat Avicenna Philonii Persici ȝ 1 cum vino in ieunio datum.¹ Audi queso proportionale medicamen quod cuidam beroe^b annorum 50 iam exhibui. Ea enim propter elevationem gravis oneris diu talem fluxum patiebatur tribus vicibus stomaco vacuo ȝ 1 cineris stercoris caprarum cum aqua pluviali in potu tribui et maledicta [f. c3ra] vetula curata remansit. Item cum infrascripto sirupo aliam quandam curavi, ferunt omnes asininum stercus stringere sanguinem a proprietate. Ex eo hoc confiderans recenter seminato succum exprimi iussi et cum sirupo mirtillino et aqua plantaginis vicibus aliquot in potu dari eum feci et sanata est, et nisi ex ulceribus matricis fluxus ille provenerit in tali medicamine errorem invenies nunquam. Et ne hoc mulieribus reveles cave, fidum imo habe apotecarium qui preciosum hunc esse sirupum ex maritis^c confectum rebus affirmet et ut fidem maiorem adhibeant precio magno vendatur in aliis tamen propter peccatum precium recompensando. A proprietate quoque valet porri succus in ieunio potatus ac scoria ferri ut infra preparata, sed quia sterilem facit cave ne potentibus concipere causa prebeas que sic preparetur subtilissime pulverisata in acetō et aqua rosata per diem naturalem infusa permaneat deinde usque ad aceti et aque consumptionem buliat, et sic preparate ȝ 2 cum vino ferrato in potu tribue, valet et pulvis virge pastoris cum ovo sorbili datus.

Ex compositis infrascriptum electuarium maxime valet, quod pro quadam nobili bene delicata ad inveni, accipe radices consolide maioris et cocte piscentur et ad stamigniam passentur. Et idem de radicibus plantaginis facito de pasta consolide accipe ȝ 2½ et radicum plantaginis ȝ 1½ zucri 1^d dissolve zucrum cum aqua pluviali cisterne vel plantaginis in ea ematitidis lapide donec rubeat per prius confricato deinde lento igne coquatur pastas illas paulatim addendo, quod cum coctum fuerit et infrigidari ceperit cum his misce sanguinis draconis acatie sumach terre sigillate karabe cornu cervi usti et loti ana ȝ 1 margaritarum ȝ 4

¹ Avicenna, *Canon medicinae liber IV-V* (Venetië: Dionysius Bertochus 1490) lib. V, tract. I (f. rr5vb-6ra): 'Filonium Persicum valens ad fluxum menstruorum et hemorroidarum et solutionem nature et processionem sanguinis et illas que de pregnantibus menstruantur et ad ventositates accidentes in matribus et conservat embryones, cuius permixtio R piperis albi et semenis iusquiami albi amborum ana ȝ 20 opii et terre sigillate amborum ana pondus ȝ 10 croci ȝ 5 euforpii et spice et piretri omnium ana pondus ȝ 2 castorei pondus ȝ 1 zedoarie et doronigi et margaritarum non perforatarum et muschi omnium ana ȝ 5 canfore sextam et semenis ȝ 1 mellis dispumati et colati quantum sufficit dosis eius pondus ȝ 1 cum eo quod convenit de potibus.'

^a *picis*: ante corr.: *pil'cis*

^b *beroe*: alle latere gedrukte uitgaven: *vetule*

^c *maritis* ante corr.: *maritins*

^d Maateenheid ontbreekt. Hieronymus Faventinus paste de passage voor de gedrukte uitgave van 1498 aan tot 'zucri ȝ 1'. Dit blijft tot en met de laatste uitgave ongewijzigd.

corallorum rubeorum ʒ 1½ spadii lapidis ematitis seminis apii ana Ʒ 2 pulverisentur omnia subtilissime et electuarium per bolos aut [*f. c3rb*] in opiatarum formam confice de quo mane stomaco vacuo Ʒ ½ prebe vini boni ferrati post parum bibendo si libet vel facias sic et est multum delicatum. R conserve rosarum antique Ʒ 1 dyacitonito de zucro sine spermatibus Ʒ 3 vel dyacodion facti per bolos tantumdem corallorum rubeorum subtilisme tritorum Ʒ 4 margaritarum ʒ 1 trociscorum de karabe de terra sigillate ana Ʒ 2 spodii lapidis ematicis mumie ana Ʒ ½ fiat mixtura et deauretur sumat patiens ad quantitatem castanee sero et mane per duas horas ante pastum parum boni vini post bibendo. Ad idem valet dyacodion ad idem pillule valent infrascripte sumpto mane et sero stomaco ieuno ut R mumie thuris masticis cornu cervi usti et loti ana Ʒ 1 coaguli leporis aut edi Ʒ^a fiant pillule cum succo corrigiole resta bovis aut cameleonte quarum dosis sit Ʒ 1. Valent et pillule de bdellio^b Mesue tam maiores quam minores quam ex inventione nostra dosis est Ʒ 1 usque ad Ʒ 1½ in ieuno etc. vel facias sic R terre sigillate boli Armeni aluminis gallarum sanguinis draconis coaguli edi ana Ʒ 1 camphore Ʒ 2 cum sirupo mirtino pillulas confice quarum Ʒ 1 stomaco ieuno prebe et hec tam simplicia quam composita ab intra approximanda veniunt que autorum testimonio in hoc casu maxime valere copeti. Attamen intellectum tuum ne ita obtundas velim ut antiquorum et istorum practicorum mixtiones ac talia exhibenda modum consequi semper velis, sed tuum ingenium eleva ec fantasiam tam in his quam in quibusdam dicendis amplia. Et ex prescriptis simplicibus plures confectiones pillulas sirupas et talia secundum tue infirme delicateiam tuo modo confice. Et hoc enim ipsarum utilitatem, et tu honorem consequeris maxime, et in hoc capitulum illud finem recipiat.

De^c approximandis ab intra in cura superfluitatis menstruorum ab emoroidybus [*f. c3va*] provenientis matricis seu ruptura vene facta a causa primitiva seu mordicativa sanguinis acuitate caliditate quovis modo dominante causata.

Ove ab intra in superfluo menstruorum fluxu a matricis emorroydibus proveniente conveniunt in capitulo contiguo per ordinem descripta sunt ut illa quoque que in tali fluxu a ruptura vene causato congruunt sive ruptura illa a causa primitiva provenerit sive sanguinis acuitate mordicativa sive alio quoquomodo caliditate dominante ut igitur completa cura talis

^a Hoeveelheid ontbreekt. Franciscus Bobiensis paste de passage voor de gedrukte uitgave van 1488 aan tot 'coaguli leporis aut edi Ʒ 4'. Dit blijft tot en met de laatste uitgave ongewijzigd.

^b *bdellio*: ante corr.: *bidellio*

^c *Capitulum 17* ontbreekt

fluxus habeatur ab extra qua approximanda^a veniunt describendum fuerat quod in presenti capitulo per ordinem deo duce fiet et talia sunt. Eucatismata stufe suffumigia ventose ligature stricte ungenta emplastrationes nascalia pessaria et qua super se delata sanguinem restringunt. Quantum ad primum R caude equine lentisci foliorum mori foliorum pirorum prunellorum sorbarum mespili simpitii corticum interiorum quercus rosarum virge pastoris^b ana M 2 psidie bistorte gallarum mirtillorum ana libram 1 radicum ulmi radicum filicis radicum mespilorum radicum sorbarum cupullarum glandium ana libras duas. Ex his omnibus seu ex his pluribus conquassatis in aqua pluviali cisterne seu fabri vel ferrate decoctio pro encastimate fiat in quo sero et mane^c stomaco vacuo ad minus per horam patiens sedeat quod si encastima facere noluit fumum illius decoctionis per embotum recipiat aut pannis bene tecta super perforato scamno se stufet. Vel accipe colofonie^d ȝ ½ spodii boli Armeni^e papaveris nigri iusquam iana ȝ 2 conquassentur et super prunas positis per embotum fumum recipiat.

Idem ex blate bisantia seu herba simpitii fieri potest, vel facias^f quod expertus sum. Accipe scobaturam cerdonum ut sunt solee et, alia^g que [f. c3vb] cerdones ipsi proiiciunt et gallas et arilla et ex istis decoctio fiat cuius fumum per embotum recipiat. Quovis istorum scilicet encastimate seu suffumigio facto. Ex confectionibus in precedenti capitulo descriptis bolus unus tribuatur aut ex pulveribus parum cum quovis liquore ibidem descripto. Deinde ventosas magnas sine scarificatione sub radicibus mammillarum appone quas ad minus per horam ibidem permitte successe ad adiutoria dolorosas ligaturas facias. Ac quod singularissimum quidam reputant cum petiis in aceto forti infusis mammillas epythema^h aut cum celidonia pista eas emplastra. Postea ante et retro ex ungento infrascripto perungatur, quod R olei mirtini ȝ 4 olei masticis succi plantaginis ana ȝ 2 pulveris masticis ȝ 2 sumac acacie ypoquistidos mirtillorum terre sigillate boli Armeni ana ȝ 2½ spodii rosarum ana ȝ 1 ordei usti ȝ ½ cere quantum sufficit et fiat ungentum vel facias sic et est quod in Ytalia ungentum comitisse appellatur et est tante virtutis ut apotecarii nonnulli tantum caripendant ut receptam pro auro darent nemini, verum ut expertus fui iam inceptum aborsum prohibet caliditate laxatosⁱ renes conciliat et ipsum solum in casu nostro sufficit

^a *approximanda*: ante corr.: *appximanda*

^b *pastoris*: ante corr.: *paostoris*

^c *mane*: ante corr.: *maen*

^d *colofonie*: ante corr.: *colofome*

^e *Armeni*: ante corr.: *Armani*

^f *facias*: ante corr.: *facians*

^g *solee et alia*: id est: *solee et alia*

^h *epythema*: ante corr.: *epythima*

ⁱ *laxatos*: ante corr.: *laxtos*

sepe quod R̄ corticum medianorum castanearum et etiam arboris glandium mirtillorum caude caballine gallarum corticum fabarum arillorum uvarum immaturarum glandium sorbellarum siccarum mespilorum immaturorum radicum celidonie foliorum pruni silvestris ante contundantur et coquantur in aqua plantaginis postea coletur deinde accipe ex oleo mirtino quantum vis is quo convenientem cere quantitatem dissolve postea diu in predicta decoctione laventur ipsam innovando sepe, deinde accipe corticum castanearum quercus et arborum gallarum ana partem 1 cineris ossium cruris bovis seminis mirtillorum arillorum uvarum [**f. c4ra**] immaturarum ana partem medium fiat pulveris subtilissimis cuius accipe partes duas trociscorum^a de karabe partem unam et cum oleo et cera diu ut supra lotis horum pulverum sufficiens quantitas ponatur et fiat ungentum quod in casu nostro preciosum est vel facias sic, accipe succorum simpitii plantaginis pentaphilonis quinque nervie ana partes equales aceti parum misce et petias immerge^b quarum una ab umbilico infra et alia retro ponatur. Vel ex epatica aut cicuta contrita emplastrum facias vel aliter sic, accipe acacie ypoquistidos psidie terre sigillate trocisci^c de karabe colofonie ana ȝ 1/2 fiat pulveris quem cum succi plantaginis misce et cum eo ante et retro patiens emplaustretur. Vel facias sic accipe pulveris cornu cervi usti papiri combuste squame ferri ut supra preparate ana ȝ 1 pulveris capellarum glandium ȝ 2 misce et hos pulveres incorpora cum albumine ovorum parum aceto addito ante et retro emplastrum fac ut prius. Aliqui sic faciunt, accipe masticis olibani mumie sanguinis dragonis ana ȝ 1 fiat pulvis quem cum albumine ovi succo mente et arthimesie misce et fac emplastrum. Alii sic faciunt accipe psilii usti gipsi usti aluminis arillorum immaturarorum boli Armeni sanguinis draconis radicum simpitii psidie balaustiarum ana partes equales ex his pulverisatis cum albumine ovi emplastrum conficiunt quod in hoc casu mirabiliter valet, valet etiam emplastrum ex lumbricis terre thure et albumine ovi factum. Et in istis partibus vetele sic faciunt et nedum menstrua restringunt verum iam inceptum aborsum prohibent. Caliginem bene tritam accipiunt et ex oleo mirtino albumine ovi parum aceti addito emplastrum conficiunt. Alii sic faciunt et mirabiliter valet, in succi urtice Grece bombicinas cartas imergunt quas ante et retro applicant, vel accipe rasurum fundi cacabi aut sartaginis et cum succi ur[**f. c4rb**]tice Grece emplastrum facias, vel cum gipso combusto pilis leporis et albumine ovi vel accipe succi tapsibarbassi in quo psilium infunde et extrahe mucillaginem cum qua pulverem gummi Arabici tosti pine combuste filtri combusti marmoris ac pilos leporis minutissime incisos misce et emplastrum facias prout supra. Vel facias sic et est

^a *trociscorum*: ante corr.: *crociscorum*

^b *immerge*: ante cor.: *immarge*

^c *trocisci*: ante corr.: *trocis*

emplastrum efficacissimum accipe succum plantaginis cum aceto mixtum in quo vaccini corii gluten liquefac, in quo postea pannum lineum immerge et eum pectini applica. Bone deus ab his emplaustris discedere nescio et hoc est quia magis creditum quam alii medicamini. His attribuitus nam si mille, alia medicamina fierent ungentis sed emplaustris honor semper attribuitur, ut igitur scias quod vetule sciunt tot supra describere volui.

Ad propositum cum unctionem seu emplastrationem ex prescriptis aliqua feceris nascale ex infrascriptis aliquod unum fac et cum unum amoverit eius loco aliud apponatur R̄ trifere magne miclete athanasie ana ȝ 1 ypoquistidos acacie boli sanguinis draconis radicum consolide maioris arnoglosse gallarum psidie ana ȝ 1 incorporentur simil et nascale cum petia subtili fiat, et ut multa in unum concludam ex quovis istorum vel ex istorum pluribus nascale conficere poteris ut ex gallis immaturis combustis et in aceto extinctis ex gumi Arabico cum sanguine draconis ex pulvere radicis simpitii ex sumac bolo et mastice ex ypoquistidos et talia cum succi sanguinarie sempervire solatri vermicularis aut plantaginis conficere poteris, ex quibus met herbis contritis et in petia rara ligatis idem facias si libet poteris et quemvis ex prescriptis pulveribus cum quovis ex succis isitis conficere et nascale facere, vel facias sic R̄ colofonie camfore scorie ferri ut supra preparate ante pulverisentur et nascale cum succo solatri facias. *[f. c4va]* Vel aliter R̄ cornu cervi usti acacie ypoquistidos boli mumie masticis gipsi ana cere citrine et sebi^a caprini quantum sufficit et nascale in modum suppositorii vel aliter facias, et quod mire operatur nascale ex cinere magne rane cum aceto facias, vel cum succi stercoris asinini idem facias, vel cum vino ex intrinseco nucis combusto idem facito. Alii cum cortice ovi subtilissime trito et oleo mirtino nascale faciunt, vel cum succo plantaginis mucillagine dragantii et gumi Arabici addita, aliqui nascalia ex eisdem faciunt cum quibus emplastra faciebant ut R̄ cornu cervi usti papiri combuste squame ferri ut supra preparate ana ȝ 1 cupularum^b glandium ȝ 2 cum succo plantaginis confice nascale. Vel fac sic R̄ cineris teste ovi maxillarum cancri sanguinis draconis stercoris bovini siccii ana partes equales fiat pulvis et nascale cum aliquo ex succis dictis fiat.

Ab istis nascalibus discedere nescio sed unum adhuc et sit finis R̄ athanasie ȝ 1 marchasite auri pulverizate diligentissime ȝ 1½ incorporentur cum succo plantaginis aut penthafilonis et fiat nascale. Et quia volo ut nascalibus hic finis sit. Nota quod ex his cum quibus emplastra fiebant supra albumine ovi misso cum quovis ex prescriptis succis nascale facere poteris pessarium quoque. Et si mulieris pessaria maxime vitent hoc tamen in casu perfectissima et

^a *sebi*: ante corr: *sepi*

^b *cupularum*: ante corr: *copularum*

ubi opus sit tu ea ex prescriptis facias. Iaspidem carniolam seu zaphirum^a infirme continue supra se portet facias quia ut inquit Albertus in *De mineralibus* talia delata undecumque sanguis^b emanat sistunt¹, et quia empirica in illo casu maxime valere solent ea reticere non possum. R̄ pilos dextre auricule asinini quos infirma continue supra se deferat, in una die omnino sanguinem sistunt ut ferunt aliqui. Dicunt alii quod tot diebus menstrua cessabunt quot coriandrorum grana [*f. c4vb*] mulier transglutterit. Fertur quoque quod magne rane cinis supra se in sacello portatus sanguis undecumque manaverit restringetur, et idem facit sanguisuga contrita et manu delata. Solent et in casu isto brevia et incantationes plurime fieri que et si non omnibus pluribus tamen prosunt ut experimento noscitur et hoc tam passi quam incantatis dispositione^c firmiter et absque hesitatione sic firmiter fieri posse credentis provenit que dispositio astrorum merito sic huic quod non illi infunditur Ptolomeo quarta parte sui *Quadruplicati* 3 capitulo² et alibi in pluribus locis teste. Sed causam huius tanquam huic loco impertinentem querere nunc dimitto. Tu tamen vir scientifice incantationes istas trovantulis derelinque cum in medicaminibus naturalibus. Supra te copiosum salis fecerim, et in hoc menstruorum fluxus ab alceribus causati seu ragadiis emorroydibus aut ruptura vene quovis modo facta cure finis imponitur.

De^d cura superfluitatis menstruorum propter virtutis debilitatem provenientis frigiditate quocumque dominante.

Si propter virtutis debilitatem menstruorum superfluitas provenit aut hoc caliditate aut frigiditate erit dominante. Si cum caliditate cum cibis et potibus et aliis ad frigidum et siccum declinantibus mulier restauretur ordinate deinde et secundum quod necessitas exigit remediis supra dictis utere. Si frigiditate regimen totum ad calidum et siccum fac ut declinet. Quod si

¹ Albertus Magnus, *De mineralibus*, lib. II, tract. II, cap. VIII: 'Expertum enim est quod stringit fluxum sanguinis et menstruorum' (jaspis); lib. II, tract. II, cap. III: 'Expertum autem est quod constringit sanguinem, et precipue menstruorum et emoroidarum [...]'" (carneool). In *De mineralibus* wordt de werking van saffier tegen overmatige menstruatie echter nergens beschreven. Het is mogelijk dat Guianeri (of de kopiist van het handschrift dat Guaineri gebruikte) zich vergist heeft en de werking heeft overgenomen van het mineraal dat direct boven saffier beschreven staat (namelijk 'ramai' ofwel 'bulus Armenus'). Daarover zegt Albertus Magnus in lib. II, tract. II, cap. XVI: 'Huius autem virtus pro certo experta est quod est [...] precipue sanguinis disinterie et membrorum [sic]'. Aan koraal schrijft Albert Magnus overigens een soortgelijke werking toe in lib. II, tract. II, cap. III: 'de quo expertum est quod valet contra quemlibet fluxum sanguinis. Dicitur etiam collo suspensus valere contra [...] operationes menstruorum [...]'.²

² Ptolemaeus, *Quadruplicatum* lib. IV, cap. III f. e7ra-8ra.

^a *zaphirum*: ante corr.: *zaphitum*

^b *sanguis*: ante corr.: *sagus*

^c *dispositione*: ante corr.: *dispositone*

^d *Capitulum 18* ontbreekt

propter aquosum flegma fluidus sanguis redderetur nimis appropriatam purgationem ubi opus^a sit facito purgata materia mirabile in isto casu eucatisma ex aluminosa aqua artificiali vel naturali fit, aut ex tali aqua stufa fiat. Suffumigium vero ex quovis infrascriptorum convenientius est vel ex ipsorum pluribus videlicet ex thure mastice laudano gallis ariliis menta sicca nuce cipressi et maff. *c5ra*jorana eucatisma stufa seu suffumigiis factis detur modicum tyriace magne aut bolus unus dyaolibani aut coclear unum mixture infrascripte R conserve rosarum antique ȝ 1 dyaolibani ȝ 2 corallorum rubeorum ȝ 1 margarite ȝ ½ cimi assi anisi assi et in aceto per diem naturalem infusi ana ȝ 1½ mente sicce ȝ 4 olibani ȝ 2 spice Indice ȝ 1 fiat mixtura si libet deaurata de qua etiam sero et mane stomaco vacuo aut de dyaolibano per horam ante cibum mulier continue sumat, post parum boni vini extinctionis calibus aut candardis auri aut confractionis lapidis ematicis bibendo. Illa quoque hora cum ovo sorbili valet pulvis olibani masticis nucis cipressi aut radicis bistorte. Et idem non nulli de mirra dicunt, vel facias sic R thuris masticis mumie aluminis cornu cervi usti et loti nucum cipressi coaguli leporis aut edi ana ȝ 1 pillulas cum succo cameleonte confice quarum ȝ 1 sero et mane in iejuno prebe, vini ut supra ferrati post parum bibendo si libet. Valent etiam pillule de bdellio succus porri coagulum leporis aut edi cornu cervi ustum corallus rubeus gummi Arabicum spica Indica cinis corticum ovorum sulphur cinis steroris caprarum et sirupus de stercore asini supra descriptus. Factis igitur eucatismatibus suffumigiis seu stufis tyriaca exhibita mixtura seu diaolibano ventose statim sub mammillis apponantur. Supra cubitum ligature fiant dolorose mammille ex contrita celidonia emplaustrentur et ex ungento ante et retro mulier perungatur quod R olei masticis ȝ 2 olei mirtillorum succi mente ana ȝ 2 pulveris masticis ȝ 2 nucum cipressi mumie bistorte olibani mirtillorum rosis rubeorum ana ȝ 2 lapidis ematitis ȝ 1 cere parum et fiat unguentum. Vel ex his pluribus cum succo mente emplaustrum conficias. Vel facias sic R gipsi usti aluminis gallarum olibani nucum cipressi *[f. c5rb]* masticis arillorum ana partes equeales fiat pulvis, et cum oleo mirtino ac succo mente emplaustrum facito cum quo ante et retro mulier emplaustretur. Cum istis met rebus nascalia facere poteris ac pessaria si libet tantum de succo mente et oleo mirtino addendo quod fluidum pessarizari possit. Cumque per dies quatuor omnia prescripta mulier ordinata fecerit ante et retro cerotum portet infrascriptum quod R masticis ȝ ½ laudani olibani ana ȝ 2 gallarum nucum cipressi bistorte mumie ana ȝ 1 mirre galbani terre sigillate ana ȝ 2 cerotum cum pistello calido fiat ubi opus sit de masticis oleo tantum addendo quod super corio extendi

^a *opus*: ante corr.: *oprius*

possit quod ante infirmam rotundum retro vero quadratum fiat et talia scuta per dies plurimos portet quia spinam ac renes fortes faciet ac lassitudinem removebit omnem. Lapidès vero et talia que a proprietate valent super se deferat continue. Brevia et incantationis trovantulis derelinque et in hoc cuiuslibet menstrualis fluxus a quavis causa provenerit cura finitur.

Capitulum decimum nonum. De causis sterilitatis ac difficultatis impregnationis.

Vir atque mulier ad sibi simile generandum debita existentes in etate naturaliter inclinantur, et sic non prolificantes in se quandam imperfectionem arguunt propter quod ut fecundi fiant tam imperitos quam peritos sepe consulunt^a.

Hoc autem his quandoque propter sterilitatem et interdum propter causam corrigibilem difficultatem impregnationis inducentem accidit. Ea de re aliquam de his noticiam tradere perutile hoc in loco mihi visum est. Scito igitur impregnationis difficultates a pregnatione differre. Sterilitas enim est dispositio a generatione vel tempore acquisita per quam vir sive mulier ad umquam sibi simile producendam impotens fit. Impregnationis autem difficultas est dispositio in viro aut muliere ex tempore aut a principio generationis acquisita per quam et si *[f. c5va]* pro tunc ad sibi simile generandum impotens fiat beneficio tamen medici vel aliquo tali impotentia removeri potest. Ut igitur talia tibi nota fiant eorum cause suis cum signis describenda sunt. Unde sterilitas quandoque a viro, aliquando a muliere et interdum provenit ab utroque, cuius cause tam extrinsece quam intrinsece esse possunt. In viro namque ab intra sterilitas vitio testium vel virge seu alicuius principalis membra vel nobilis ut stomaci renum et cetra accidere potest. Testium a generatione seu tempore acquisita sepe sperma ratione superflue caliditatis vel alterius manifeste qualitatis seu occulte taliter indisponit ut pro generatione minime aptum sit. Ipsorum apostema vel aliquod tale vel incisio propter extrahendum lapidem facta hoc idem facere potest et ideo effeminati viri testium malam complexionem habentes generant nunquam, viragines nec mulieres ut Aristoteles in *De generatione animalium* primo.¹ Longitudo virge, ac brevitas foraminis tortuositas mollificatio spasmus ulcus et similia sterilitatis cause esse possunt ac iuvenilium venarum que sunt post aures incisio tunc enim via que inter cerebrum^b et testes ex tali incisione precluditur sic ut materie que a cerebro^c ad testes pro generatione requisita mandari debet seu spiritus animalis necessario requisiti transitus prohibeatur, nam ait Avicenna 21 tertii. Sperma ex membro

¹ De editeur is er niet in geslaagd deze verwijzing naar Aristoteles te traceren.

^a *consulunt*: ante corr.: *confulunt*

^b *cerebrum*: ante corr.: *cerebum*

^c *cerebro*: ante corr.: *cerebo*

quolibet defluit et est ex sano sanum et ex infirmo infirmum.¹ Et hoc Avicenna dictum ex stigmatibus et ex natorum assimilatione plurimi confirmant asserentes materiam in sperma a naturali testium complexione transmutandam a membro quolibet ad testes transmitti fore necessarium.² Et ad hoc persuadendum hi motiva apparentia habent plurima. Et dicunt ulterius quod sperma est superfluitas ultimi cibi et ultimi alimenti et cum hoc superfluitas omnium membrorum et ex isto sequitur quod existente membro quovis principali seu nobili ad materiam pro *[f. c5vb]* generatione ad testiculos transmittendam impotente fit homo sterilis necessario patet ex quo suppono talem materiam pro generatione necessariam. Ex quibus sequitur ulterius quod tam vitio aliorum membrorum quam membrorum generationis provenire sterilitas potest, quod ut Aristotiles secundo *De generatione animalium*³ sani existentes non generant et hoc quia eorum naturalis calor est ita fortis ut superfluum ultimi alimenti totum in fumum resolvat vel in membrorum substantiam convertant seu pilorum materiam vel talium et hoc virtute testiculorum attractiva debili existente maxime fit. In quibusdam est tale superfluum in piguedinem transmutatur et ob hoc steriles fiunt. Ideo subiungit ibidem Aristotiles quod homines pigues nullius aut paucissimi seminis sunt generativi, unde parum appetunt et raro coeunt.⁴ Generatur etiam vir sepe qui ob defectum naturalis caloris actum Venereum potest exercere nunquam, et talem Albertus^a in suo *De secretis mulierum* monstruosum^b appellat.⁵ Etas quoque hominem sterilem efficit nam ultra septuagenarium viri et mulieres quinquagenarium, teste Aristotiles in *De partibus animalium* quarto non concipiunt.⁶ In muliere illud nec dubium est cum tempore illo transacto floribus careat requisitis ad generationem necessario. In viris vero et si ut plurimum sic sit, non tamen semper, nam octogenarios nonnullos qui genuerunt vidi et quemdam plusquam nonagenarium Completionem tamen ac totius habitudinem hic bonam habebat, et tu propter scandala talia ne

¹ Avicenna, *Canon medicinae liber III* fol XXI, tract. I, cap. VIII (f. t1rb): 'Sperma enim currit ex omnibus membris et est ex sano sanum: et ex infirmo infirmum secundum quod dixit.'

² De editeur is er niet in geslaagd deze verwijzing naar Avicenna te traceren.

³ De editeur is er niet in geslaagd deze verwijzing naar Aristoteles te traceren.

⁴ De editeur is er niet in geslaagd deze verwijzing naar Aristoteles te traceren.

⁵ De editeur is er niet in geslaagd deze verwijzing naar pseudo-Albertus Magnus' *De secretis mulierum* te traceren.

⁶ Guaineri verwijst hier mogelijk naar Aristoteles, *Historia animalium* f. l3r (lib. VII): 'Qua nam aetate incipient menstrua et semen: dictum iam est. Sed definunt plurimis menstrua circa quadragesimum annum: quod tempus quae excesserint: us ad sexagesimum servantur etiam nonnullae eo tempore pepererunt. Sed ultra hoc tempus nulla possunt protrahere. Mares plurimi ad sexagesimum generant: quem si excesserint: ad septuagesimum usque procedunt. Et iam quidam anno septuaginta nati genuerunt.' Cf. Aristoteles, *Politica* lib. VII in: *Opera* V.2 (Venetië: Bernardinus Stagninus, de Tridino 1489) f. iii4vb-mmm7vb, aldaar f. mmm6rb: 'nam cum sit gignendi ut plurimum viris quidem septuagesimus annus, milieribus [sic] autem quinquagesimus, ita coniugandi ab inicio sunt ut etatis adhunc finem concrerant.'

^a Albertus: ante corr.: Alberrus

^b monstruosum: ante corr.: menstruosum

reveles unquam quia in vulgari aiunt honesta mulier sine prole moritur, sapiens nunquam. Et sic habes in summa causas sterilitatis in viris. In mulieribus vero sterilitas accidit si ea virgo fuerit, et non minus est membrorum principalium vel nobilium vitio quam in viris. Matrix quoque sua superflua caliditate aut frigiditate siccitate seu humiditate existit in causa sepissime aut quia inmunda semine [*f. c6ra*] corrumpat, et non solum ob hoc veum eius propter nimiam stricturam vel amplitudinem aut quia in ea cicatrices seu in orificio caro addita seu verruta opilans aut quia os piguedinem involutam habet, unde Ypocrates quecunque inquit preter naturam crasse non concipiunt, his pinguedo os matricis obturat.¹ Spasmata^a quoque matrix seu paraliticata aut in qua ulcus sit aut que os tortuosum habet mulierem sterilem efficit. In summa igitur he sunt intrinsece cause tam virum quam mulierem sterilisantes sive a tempore sive a generatione contracte sint. Extrinsece^b vero cause tam viris quam mulieribus communes sunt ut nimia aeris caliditas generationis materiam resolvens aut frigiditas mordificans aut congelans aut quia in aere ipso occulta dispositio ad generationem materiam indisponens exisit, unde viri ac mulieres plurime aerem mutantes non concipiunt. Exercitium consimiliter laboriosum generationis materiam resolvendo per sepe sterilitatem inducit, nimia quoque quies in tali materia calorem ebetando.

Ab immoderatis etiam somno et vigilia idem sepe accidit, et quod fit sepissime accidentia immoderata anime ut melancolia et assidua tristitia hoc efficiunt. Mulierem virumque tristem rancorem in corde aliquem continue qui defert concipere seu generare vidi nunquam. Subitum gaudium, usus coitus superfluus, inanicio et repletio nimia tam viri quam mulieris sterilitatis causa esse potest. De cibo et potu liquet manifeste nam in non affuetis aque frigide potus seu rerum frigidarum continuus usus sterilitatem inducit et idem calidarum rerum usus assiduus faceret, ac ebrietas, et similiter commestio et bibitio extra ordinata. Multa preterea ab intra sumuntur sepe que a proprietate sterilisant ut camfora squama ferri vermes lucentes et cetera. Ab extra quoque ut testium cum iusquiamo opio vel consimili emplaustratio et in mulieribus cum eisdem [*f. c6rb*] pessarisatio. Sepe et cum hoc mulieres calidarum rerum fumum ut concipient suscipiunt vel ex eisdem nascalia suppositoria encatismata balnea vel stufas conficiunt que sua caliditate matricis calorem naturalem exterminant. Et ego plurimas ob hoc steriles factas, vidi ac non nullas que magnis cum angustiis^c et doloribus crudelissimis vitam

¹ Hippocrates, *Aphorismi* V.46 (f. e8rb): 'Quecunque existens preter naturam crasse non concipiunt his pinguedo os matricis obturat: et prius quam extenuentur non concipiunt.'

^a *Spasmata*: ante corr.: *Sspasmata*

^b *Extrinsece*: ante corr.: *Extrisece*

^c *magnis cum angustiis*: id est: *cum magnis angustiis*

cum pietate terminaverunt, viri ac mulieres fascinantur, preterea sepe que ob hac producere sibi simile valent nunquam ut Pinarolii¹ ad experientiam vidi. A quibusdam vero maledictis vetulis sortilegiis fuerunt taliter precantate ut ab inde post concipere potuerunt nunquam. Et sic tam in muliere quam in viro sterilitatis causas habes omnes quia si prescriptarum aliqua in his fuerit confirmata perpetuo generatione privabitur.

Coniugatorum quoque defectu sterilitas accidit sepe ut si occasionatus ipsorum alter fuerit quanto magis si uterque aut in qualitatibus manifestis si conveniat aut in caliditate frigiditate et cetera tunc enim his non aliter quam senibus aliis accidit nam si estus tempore aliquid seminares^a ab intensa aeris caliditate, seminis humiditas resloveretur. Si tempore aut in locis frigidis, mortificaretur in paludosis et humidis suffocaretur et in siccis aresceret. Sic ex utriusque convenientia in qualitatibus fit. Caliditas namque superflua seminis naturalem calorem resolvendo exterminat. Frigiditas congelat et mortificat. Humiditas suffocat et siccitas arescit, et sic tam ex parte mulieris quam viri quam utriusque simul sterilisationis cause habentur omnes, quod si alie reperiantur. Ad istas seu ipsarum aliquam reducibles erunt. Iste eedem vel consimiles difficultatis impregnationis cause esse possunt, si scilicet sic non fuerint confirmate quia beneficio medici vel alio remoneri possunt, unde tam in mulieribus quam viris membrorum principalium vel nobilium vitio, semen vel sanguis menstruus seu alia ad impregnationem [*f. c6va*] que requiruntur indisponi taliter possunt ut pro generatione apta sint minime. In membris quoque generationis utriusque tam morbi consimiles quam officiales quam communes causa quorum generatio impeditur possunt innasci. In mulieribus^b etiam menstruorum paucitas hoc efficiet quia illud ex sanguinis paucitate aut condensatione orificiorum venarum matricis provenit et ob hoc in ea secundina suspendi non posset et si suspenderetur sanguinis fetus nutrituri debita quantitas non egredetur. In his item quarto qualitatum seu alicuius ipsa cum superfluitas idem faceret et in matrice maxime, et consimiliter rerum sex non naturalium immoderatus usus. Ex ardenti quoque amore impeditur conceptio sepe ut Biblikil in *Parvo continente* capitulo de conceptu.² Ex dispositione quoque etatum mulieris ac viri non concipiunt plurimi quorum estate mutata prolifici fiunt ut Aristotiles in *De partibus animalium* capitulum 7³ et ego duas vidi que 45 transacto conceperant nunquam postea cum eisdem maritis prolere habuere. Et in tantum

¹ Pinerolo is een stadje in Piëmont.

² De editeur is er niet in geslaagd deze auteur of dit werk met zekerheid te identificeren.

³ De editeur is er niet in geslaagd deze verwijzing naar Aristoteles te traceren.

^a *seminares*: ante corr.: *semiares*

^b *mulieribus*: ante corr.: *muliebus*

de causis sterilitatis et impregnationis difficultatis dictum est.

Capitulum vigesimum. De signis tam pronosticis quam demonstrativis sterilitatis difficultatis impregnationis^a.

[S]terilitatis^b signa tam in viro quam muliere per prius ponenda sunt et difficultatis impregnationis successive.

Effeminatum igitur virum sterilem iudica eum scilicet qui timidus existens actus muliebres habet plurimos vocemque in cuius pectine pili pauci in barba paucissimi sunt et exiles. Hec enim super testium malam complexionem frigidam arguunt cuius causa sterilisatur homo, et talem Albertus monstruosum appellat.¹ Item et etiam cuius testiculi spasmati sunt paraliticati aut ulcerati vel in quibus maligna aliqua egritudo in est sterilis censetur. Ac ille quoque qui cum uxore non solum copulam carnalem habuit sed ut habeat pro posse conatus sit sed cum *If. c6vb*] aliis et maxime que concipe soleant nec inde proles exorta sit, et huius rei certior adhuc fies si hunc ex illis esse sciveris cuius iuvenilium venarum que post aures sunt incisio facta sit aut qui in principali membro egreditudinalem tibi notum lapsum habeat aliquem vel brevem aut longam nimis virgam vel foraminis tortuositatem quod Biblikil in *Parvo continente* capitulo de conceptu² ex brevitate ligamenti provenire affirmat aut a quo lapis per incisionem extractus sit, vel ut vidi qui testes ad intra corpus habeat et hec tactu visu aut infirmi relatu comprehenda sunt. Sterilem vero qui ex forti aut potenti calore suo generationis materiam exterminat^c ex habitudine ac eius robusticitate comprehendes ac eum pariter qui piguedine nimia sterilis factus sit. Signa namque ex sex rerum non naturalium excessibus habita per que quempiam sterilem iudicare possis per infirmi aut astantium narrationem cognita tibi fiant, ut igitur sterilem virum cognoscas predicta tibi diligenter investiganda sunt omnia. De mulieribus vero illa sterilis iudicanda erit que vocem grossam multos in pilos in pectine ac duros. In mento vero non nulos, et mores virilis habuerit hec enim virago erit generans nunquam. Ea vero que in membro principali aut nobili lapsum habere aliquem per propria signa cognoveris nec cum marito prolifico concipit sterilis censenda erit, et eo maxime si cum prolifico alias coniugata fuerit aut ut sepe fit socium commutaverit tunc de sterilitate nec dubites. Matricis vero inconveniens naturalis seu preternaturam dispositio cuius causa mulier

¹ De editeur is er niet in geslaagd deze verwijzing naar pseudo-Albertus Magnus te traceren.

² De editeur is er niet in geslaagd deze auteur of dit werk met zekerheid te identificeren.

^a *impregnationis*: ante corr.: *impreguationis*

^b *Sterilitatis*: ante corr.: *Serilitatis*

^c *exterminat*: ante corr.: *extermiat*

fit sterilis pre propria signa in describendis et descriptis capitulois posita tibi nota fiet sive veruca sive caro addita spasmatio relaxatio piguedo nimia ulcus vel tale aliquod in causa fuerit.

De strictura vero nimia sive amplitudine aut oris tortuositate^a, ubi certificari cupias tu [f. c7ra] ipse ubi phas sit experire, quod si menstruorum paucitate sterilitas provenerit aut hec virago erit de qua sermo statim factus est cuius calore superfluo convertendus in menstrua sanguis exterminatur aut calor erit ita debilis ut pro menstruis sanguis non solum superfluat verum pro restauratione deprediti calor eius nutrimentum sufficiens immutare fere potest, et hanc ex corporis siccitate ac totius debilitate cognosces^b factas quoque steriles propter ab extra sive ab intra appropriata medicamina mulieris narratione comprehendes sive a proprietate sive a quomodocumque illud efficiant. De fascinatis tua noscere non interest valet sortilegi ad quam si velint recursum habeant. Que vero propter sex rerum non naturalium abusus sterilis fuit astantium aut sui narratione cognosces, et sic per signa tacta mulieris sterilitatem investigare poteris viri itaque taliter dispositi^c fecundis cum mulieribus aut mulieres tales fecundis cum viris copulati si sint concipient nunquam quanto minus si sic dispositi invicem copulentur, et in istis signa prescripta non minus pronostica quam demonstrativa tibi sint verum cum testium naturalis complexio hoc efficiat sepe tua causa noscere interest, pro quo scito quod complexio testium frigida, pilos paucos quos circa pudibunda habere debet emitte tarder et ad coitum minime incitat. Calida vero tempestive plurimos pilos emittens ardenter ad venerem provocat. Humida namque multi existit semenis pilorum mollium et venerea parum, sicca durorum pilorum semenis pauci mediocriter spissi ad coitum minime incitat.

Sed quia complexiones he in viris rarissime inveniuntur simplices. Ad compositas adverte quarum in hoc casu necessaria tibi cognitio ex infrascriptis fiet. Frigida et humida testiculorum crasis circa pudibunda tarda pilos emitte ac paucos coire tarde incipit. Sperma tenue ac aquosum ad coiff. c7rb]itum debiliter incitat, cuius ex causa pauperculi rarissime coeunt et in spermatis emissione a muliere frigiditas manifesta sentitur hoc raro generat aut nunquam, et hec eadem signa super frigidam et siccum testium complexionem significare possunt. Sed interest quia in hoc semen minus aquosum et in quantitate etiam minus existit, ad coitum quoque debiliter stimulat. Testes calidi et siccii si fuerint in adolescentia coire incipiunt tempestine. Sperma vero calidum ac spissum existens ad venerem potenter provocat

^a *tormositate*: ante corr.: *tortuositate*

^b *cognosces*: ante corr.: *cognoscies*

^c *dispositi*: ante corr.: *dspositi*

et si citissime sacietur. Circa genitalia pili nascuntur cito ab umbilico ad medium coxarum usque pilosi plurimum fiunt. Calidi et humidi testes generant spermatis multum esto ut precedens ita spissum non sit et quamvis coitum non ita ardenter appetant sine nocumento tamen coire possunt plus ymo ut Galenus inquit non diu ab ipso sine lesione abstinent.¹ Et hec signa tibi testium naturalem complexionem demonstrabunt cuius cognitio in hoc tibi^a utilis est valde immo ut dictum est quam maxime necessaria, et per ista habes intrinsece cause signa in viro impregnationis difficultatem demonstrantia. Extrinseca vero causa puta sex^b rerum non naturalium abusus aut ex frigidis testium emplaustratio vel aliquod tale infirmi vel astantium narratione tibi manifesta fiet, et sic predicta signa difficultatem eam que mulieris ex parte provenit investigare si volveris primo matricis tam naturalem quam preternaturam dispositionem attende que per unius tractabili propria capitula tibi nota fiet. Consequenter membrorum principalium ac nobilium tam naturales quam preternaturales dispositiones inconvenientes que impregnationem difficultare possunt investigande tibi essent et ille per doctrinam autorum manifeste tibi fient. Excessive quoque qualitates sive locorum mutationes ac omnium rerum sex^c non naturalium superfluitates considerande sunt et maxime accidentia anime immoderata puta melancolia tristitia diurna ac amor exardens propter *[f. c7va]* enim talia generationem contingit impediri sepissime.

Convenientiam vero in qualitatibus ex utriusque complexione cognosces, et hoc modo difficultatem impregnationis ex parte mulieris investigabis. Ea de re tam sterilitatis quam impregnationis difficultatis sic ex parte viri sicut mulieris tibi demonstrativa signa patent manifeste. Quantum ad pronostica eos qui ad generandum apti sunt noscas in *De partibus animalium* quarto Aristotilem² audi. Exitus spermatis in hominibus inquit maribus est apud alterationem vocis et instrumentorum coitus quoniam mutantur non solum in magnitudine sed etiam in figura et aspectu, et similiter mutantur mammille in feminis et multiplicantur pili in pectine, et existus spermatis est in termino duorum septemniorum et sperma est convenienter bonum in complemento tertii. In quarto vero inquit homo potest generare usque ad 70^m et mulier usque ad 50^m in maiori tamen parte in viris scilicet usque ad 65^m et in mulieribus usque ad 45^m et cetera.³ Ex quibus patet qua circa decimum quartum et ultra 50^m in mulieribus et viris 70^m ad generationem minime apti sunt, nec hi qui in principali aut nobili aliquo membro

¹ De editeur is er niet in geslaagd deze verwijzing naar (pseudo-?)Galenus te traceren.

² De editeur is er niet in geslaagd deze verwijzing naar Aristoteles te traceren.

³ De editeur is er niet in geslaagd deze verwijzing naar Aristoteles te traceren.

^a *tibi*: ante corr.: *tihī*

^b In basistekst: *vi*

^c In basistekst: *vi*

patiuntur. Virgam quoque habentes longam multi et si sint seminis sicut quod mediocrem habent apti ad procreandum minime sunt *De generatione animalium* primo.¹ Aliqui et item sunt ut in *De partibus animalium* ⁷² qui in iuventute nequaquam generant in senectute vero sic et cetera et econtra. Pluribus preterea accidit ut suo cum spermate superfluam corruptam aliquam humiditatem emittant cuius causa semen corruptitur et non generant in *De generatione animalium* primo.³ Ob hoc igitur sperma prolificum tua noscere interest. Est itaque sperma prolificum ut Aristotiles in 3^o et 7^o *De partibus animalium*⁴ et clarius in *De generatione animalium* 7^o.⁵ Album splendidum globosum sicut grando florum sambuci odorem habens quod in aqua positum fundum petit, aquosum fluxibile non album super *If. c7vb*] aqua natans pro generatione minime aptum erit. Avicenna autem 21 tertii.

Sperma inquit sanum est album viscosum splendidum super quod cadunt musce et comedunt de eo, et odor eius est odor florum palme et sambuci⁶, et ista ex parte viri se tenent.

Sed an mulier fecunda sit ut cognoscant quidam experimentum Ypocratis ad hoc faciunt ut^a vestimentis mulier bene tecta sic ut aromatum odor ad nares pervenire non possit nisi per interius deorsum suffumigatur, quod si tunc odor aromatum ad nares perveniret non fore sterilem talem noscito.⁷ Alii ex pulvere aristologie cum melle in petia rara nascale conficiunt et cum in sero dormitum vadit supponunt, quod si in ore saliva^b dulcescat fecunda iudicatur alias minime. Alii in sero dorsum allei supponi iubent et si in mane odorem seu saporem in ore persenserit fecunda erit.⁸ Sed talia ut patet super particularem sterilitatis causam arguunt et non super omnem nam si talium odor ad nares nequaquam venerit in poris matricis opilationem arguit que causa sterilitatis esse potest. Sed preter istas ut supra nosci sunt alie plures. Alii dicunt quod mulier super malvam aut lactucam sepe mingat, vir quoque super aliam et cuius malva seu lactuca siccabitur sterilem eum sentias, nonnulli etiam sterilitatem sic experiuntur tam vir quam mulier in repletis ex furfure vasis per dies novem et ultra ubi

¹ De editeur is er niet in geslaagd deze verwijzing naar Aristoteles te traceren.

² De editeur is er niet in geslaagd deze verwijzing naar Aristoteles te traceren.

³ De editeur is er niet in geslaagd deze verwijzing naar Aristoteles te traceren.

⁴ De editeur is er niet in geslaagd deze verwijzing naar Aristoteles te traceren.

⁵ De editeur is er niet in geslaagd deze verwijzing naar Aristoteles te traceren.

⁶ Avicenna, *Canon medicinae liber III* fen XXI, tract. I, cap. IX (f. t1vb): 'Et sperma quidem sanum est album viscosum splendidum super quod cadunt musce et comedunt de eo. Et odor eius est odor florum palme et sambaci.'

⁷ Hippocrates, *Aphorismi* V.59 (f. e9vb): 'Mulier si non conceperit: velis autem scire si concipiet contegens vestimentis suffumiga dorsum: et si quidem transire videatur odor per corpus ad os et nares cognosce: quondam ea non propter se non generat.'

⁸ Cf. Avicenna, *Canon medicinae liber III* fen XXI, tract. I, cap. IX (f. t1vb): 'Et dixerunt supponatur alleum et consideretur et consideret an inveniat oderem et saporem ipsius desuper.'

^a *ut*: ante corr.: *vicet*

^b *saliva*: ante corr.: *salvia*

opus sit mingant et in suo quilibet etiam ille in cuius macerato furfure vermes nascuntur sterilis iudicatur et idem de fabis aut ordei granis, alii quidam faciunt, et cuius grana germinaverint fecundus erit.¹ Et sic experimentis istis quid super mulieris fecunditatem arguere potes patet. Scias insuper quod mulier fecunda sterilis citius canescit et antiquatur, sana tamen ad tempus usquaque menstrua perdiderit perseverat magis. Sed sterilis et si usque ad tempus illud magis egrotativa sit, suam tamen inventutem conservat diucuis. Et hec de signis tam pronosticis [*f. c8ra*] quam demonstrativis sterilitatis et difficultatis impregnationis que quodammodo permixta sunt sic ut idem demonstrativum et pronosticum sepe tibi sit.

Capitulum vigesimum primum. De cura difficultatis impregnationis que ex causis pluribus tam viro quam mulieri communibus provenire potest.

[C]um tam virum quam mulierem ut habitum est sterilem esse contingat que scripta sunt signa diligenter attende, et si utrumque sterilem noveris procreande prolixi spes habetur nulla et sic talis cura illi relinquenda erit qui pro libito sterilem fecundam facit. Si vero aliter tantummodo cura erit si socii commutatio fiet sed quia impregnationis difficultati, cum remediis appropriatis providere tantummodo mihi cura est paucula quoque primo aliqua ad tam viri quam mulieris communes causas que impregnationem^a difficultant removendas deo adiutore describam. Successive vero prout intentio tractatuli huius existit ad ea que solum mulieris ex parte se tenent deveniam. Difficultatis impregnationis que membrorum generationis in viris vitio provenit curam in propriis capitulois perquire, sed eius que in muliere membrorum consimiliter generationis vitio accidit in capitulis huius tractatuli tam scriptis quam scribendis curam invenies. Causarum vero impregnationem difficultantium vitio principalium seu aliorum nobilium que proveniunt tam in viro quam muliere cura fiet tibi ubi ad sanitatem membra illa reducant quod ex autorum documentis facere scias. Tortuositas foraminis ligamenti vitio virgam extrahentis provenit. Eius cura est incisio ligamenti ut Biblikil inquit.² Brevitatis autem virge seu longitudinis curam expertis vetulis derelinquas quia in actu coitus mulierem diversimode situando plus et minus de virga suscipiunt, et si nimia utriusque seu alterius piguedo conceptionem impedit, exercitium ieunium [*f. c8rb*] et universaliter

¹ Cf. Avicenna, *Canon medicinae liber III* fol XXI, tract. I, cap. IX (f. t1vb): 'Et dixerunt fundantur due urine super lactucam et ex illo est defectus cuius urina exiccaverit eam. Et hoc dixerunt ut sumantur 7 grana tritici et 7 grana ordei et 7 grana fabe et ponantur in vase teste et mingat super es unus amborum et dimittantur 7 diebus: tunc si grana nascuntur non est sterilitas ex parte eius, et dixerunt quod est longinquius hoc iterum.'

² De editeur is er niet in geslaagd deze auteur met zekerheid te identificeren. Waarschijnlijk verwijst Guaineri naar diens *Parvus continens*.

^a *impregnationem*: ante corr.: *ipregnationem*

extenuativum regimen adhibeas. Monstruosis^a vero viris de quibus Albertus¹ locquitur calorem vigorantia atque sperma multiplicantia prout te infra docebo danda sunt. Extrinsece vero cause puta aeris nimia caliditas vel consimile ad contrarium permutentur.

Precantationes quoque fastinationes per contrarias precantationes curentur de quibus ad vetulas sortilegitas recursum habeas verum et si his fidem nullam adhibeam non credenda tamen quotidie istis in partibus audio ubi anno isto ob haec cremate sunt plurime^b. De his tamen Ptolomei sententia quarta parte *Quadruplicati* capitulo 3º me hesitantem interdum facit, inquit enim quod si in nativitate alicuius domini dispositionis operis fuerint in Sagittario vel Piscibus talis per mortuos divinabit et malignos^c etiam spiritus de loco ad locum moveri coget et si in Virgine fuerint aut Scorpione nigromanticus et astrologus iudicabit occulta et predict futura^d.² Ecce ergo secundum Ptolomei sententiam qualiter sub tali constellatione natis demones obediunt. Nimirum igitur si ille maledicte vetule demonibus tributa prebentes non credenda faciant. Avicenna tamen vehementi affectioni in quarta *Sexti naturalium* hoc attribuit,³ et tu precantatus ad tales recursum habeas si libet. Si vero [amb]o in qualitatibus manifestis convenient alterum ipsorum ad contrarium permuta vel si fas est ne sine prole pereant solum permutent, et hoc de cura causarum difficultatis impregnationis tam viris quam mulieribus comunium et aliquarum quantum ex parte viri se tenent.

Capitulum vicesimum secundum. De cura difficultatis impregnationis a flegmatica matricis humiditate provenientis.

[V]iris ad tempus derelictis causarum impregnationem prohibentium que ex parte mulieris se tantummodo tenent cura ponenda nunc est.

Si igitur menstrua in causa fuerint puta ipsorum pauca [*f. c8va*] aut superflua quantitas seu

¹ De editeur is er niet in geslaagd deze verwijzing naar pseudo-Albertus Magnus te traceren.

² Ptolemaeus, *Quadruplicatum* lib. IV, cap. III (f. e7vb-8ra): 'Si autem fuerit in Sagittario vel in Piscibus per mortuos divinabit et malignos etiam spiritus de loco ad locum moveri coget. Sed si [sic] fuerit in Virgine vel Scorpione erit nigromanticus et astrologus indicabit occulta et praedicet futura.'

³ Avicenna, *De anima seu sextus naturalium* (Pavia: Antonius de Carcano ca. 1485) lib. IV, cap. IV (f. 134va): 'Si autem hoc fuerit in anima comuni que est celi et mundi, possibile est tunc ut eius operatio sit ad naturam totius. Si vero fuerit in anima particulari poterit operari in natura, particulari. Multotiens autem anima operatur in corpore alieno sicut in proprio quemadmodum est opus oculi fascinatis, et estimationis operantis. Imo cum anima fuerit constans nobilis similis principiis obediet et matiera que est in mundo, et patietur ex ea, et invenitur materia quicquid formabitur in illa [...]'. Cf. G. Hoffmann, 'Beiträge zur Lehre von der durch Zauber verursachten Krankheit und ihrer Behandlung in der Medizin des Mittelalters', *Janus* 37 (1933) 129-44, 179-92, 211-217, aldaar 189-90; Jacquot, 'De la science à la magie', 147-8.

^a *Monstruosis*: ante corr.: *Monstrosis*

^b *plurime*: ante corr.: *plurie*

^c *malignos*: ante corr.: *malingnos*

^d *futura*: ante corr.: *furara*

ragadie emorroydes cicatrices caro addita virtuta^a ulcus spasmus vel matricis paralisis in suprascriptis capitulis curam require, verum cum impregnationis difficultas a superfluis humiditatibus proveniat ut plurimum hic illius curam primitus annotabo. A te igitur primo talium matricis humiditatum prout in capitulo de humiditatibus matricis supra te docui essentiam considerandum est an scilicet flegmatice aut sanguinee colerice vel melancolice fuerint et huius ex calore ac pre illic descripta signa in noticiam devenies. A flegmaticis igitur principium faciens cum in causa ut plurimum ipse, sint curam ut facilius quod queris invenias bipartite disposui, nam modo^b evacuandi dato que ab extra approximanda veniunt primo ordinate describam. Successive vero que ab intra sex igitur rerum non naturalium totum regimen ad calidum et siccum facias sit declinet, deinde ad talium superfluarum humiditatum digestionem deveni ut R radicum rubee maioris ȝ 2 radicum brusci sparagi graminis ciperi ana ȝ 1 arthimesie savine nepite melisse balsamite mente scolopendrie capilli veneris gallitrici sansuci origani calameti pulegii radicum valeriane ana M ½ seminis siseleos ȝ 6 anisi carvi^c maratri ameos spice nardi ana ȝ 2 xilobalsami carpobalsami ana ȝ 1 liquiricie pasularum ana ȝ 1 florum anthos sticados Arabici ana ȝ ½ rasure eboris calami aromatici sandalorum rubeorum ana ȝ ½ conquassentur et fiat decoctio ex qua cum zuccri albi ℥ 3 aceti ȝ 3 sirupus fiat qui cum optimo cinamomo cassialignea^d et musci fini granis 4 aromatizetur de quo R ȝ 1½ aque decoctionis cicerum rubeorum ȝ 4 vel aque arthimesie aque pipinelle aque florum sambuci ana ȝ 1 pro una vice misce et in potu tribue totiens exhibendo de eo ut tibi materia digesta videatur, vel aliter R arthimisie savine mente [*f. c8vb*] origani calaminti ysopi pipinelle camedreos politrici florum sambuci sticados ana M 1 anisi maratri ameos carvi^e seminis aneti ana ȝ ½ siseleos ȝ ½ radicum sparagi et brusci radicum rubee maioris ana ℥ ½ cicerum rubeorum pugillum unum spice Celtice spice nardi ciperi squinanti calami aromatici ana ȝ 2 fiat decoctio et cum melle et zuccri ana ℥ 1½ et aceti albi ȝ 3 sirupus fiat qui cum cinamomo cassia lignea ac musci granis 4 aromatizetur de quo pro vice ȝ 1½ cum decoctione cicerum aut cum aquis suprascriptis totiens detur quod materia digesta videatur vel fas sic R oximellis squillitici sirupi de radicibus acetosi sirupi de arthimesia ana ȝ 1½ aquarum pipinelle radicum feniculi et arthimesie ana ȝ 3 pro tribus vicibus misce et in eo parum cinamomi et cassieligneae

^a *virtuta*: ante corr.: *virruta*

^b *modo*: ante corr.: *mo*

^c *carvi*: ante corr.: *carni*

^d *cassialignea*: ante corr.: *cassialigena*

^e *carvi*: ante corr.: *carni*

buli et pro delicatis cum eisdem aromatisando clarificetur.

Digesta materia muliere existente robusta & pillularum fetidarum ȝ 1 dyagridii [grana] 2 cum aliquo ex prescriptis sirupis pillule novem fiant, quod si pillulas abhorre[at &] cassie bene pinguis ȝ 1 extrahatur cum decoctione camedreos cuscute ysopi sticados arthimesie anisi liquiricie et passularum cassia extracta ȝ 3 dyafiniconis [ad]dantur vel electuarii Indi tantumdem et sirupi de radicibus sine aceto ȝ 1 et fiat medicina vel cum illa extracta cassia dyafiniconis seu electuarii Indi ȝ 1 addatur et infrascripta expressio que & agarici electi ȝ 2 zinzibri ȝ 1 salis gemme gr. 6 infundantur in aqua lactis caprarum mellis rosati ȝ 1 addita et 12 horis ad minus in infusione permaneat, deinde fortis expressio fiat quam cum supra extracta cassia misce et medicina fiat que maxime in hoc casu convenit. Si forte magis bolum appetit & dyafiniconis vel electuarii^a Indi ȝ ½ zuccri albi quantum sufficit^b et bolum deauratum facias, et si confectionem solidam ȝ 1 dyacarthami prebe, vel facias sic [**f. d1ra**] & rosarum cinamomi zinzibri ana ȝ 1 sandalis album et rubeorum ana ȝ ½ hermodactilis esule ana ȝ 1½ dyagridii turbith ana ȝ 2 masticis ȝ 1 zucri albi ȝ ½ dissolvatur zucrum cum modico succi arthimesie facta residentia vel cum aqua sublimationis eius vel cum modico decoctionis pro sirupo facte et in morsellis confectionem facias ex qua ȝ ½ tribue, quod si potius in pulveris modum appeteret prescriptis speciebus zucri tantundem adde cuius cum modico brodii cicerum rubeorum aut pulle vel vini calidi ȝ 1½ ad duas usque dosis erit, vel huius loco sene pulveris ȝ 2½ exhibe. Ea enim a proprietate matricem a talibus humiditatibus purgat ut Biblikil capitulo de matrice¹ verum istarum doses secundum tue infirme virtutem augende aut diminuende tibi sunt. Purgata materia in naturali balneo mulier si robusta fuerit balneetur. In eo enim singulare iuvamentum inveniet a quo cum egreditur et lectum intret ȝ 1½ metridati in potu danda est, vel confectionis infrascripte ȝ ½ que & specierum trifere magne sine opio specierum pleris cum musco dyambre et dyasatirionis ana ȝ 1 rasure eboris seminis mercurialis ana ȝ 2 coaguli leporis matricis eiusdem ana ȝ ½ sisileos ȝ ½ zucri albi ȝ ½ quod cum aqua melisse dissolvatur et cum debite coctum sit adde conserve corticum citri ȝ 1 conserve anthos ȝ ½ et in morsellis grossis satis confectionem facias.

¹ De editeur is er niet in geslaagd deze auteur met zekerheid te identificeren. Waarschijnlijk verwijst Guaineri naar diens *Parvus continens*.

^a *electuarii*: ante corr.: *electi*

^b *sufficit*: ante corr.: *fufficit*

Ad talia balnea a decimo ad decimamquintam usque diem moram si fecerit perutile sibi erit, et tu in talibus balneis de observando debito regimine eam informa diligenter, et si balnea nascalia non habueris aut ea adire nolverit ḥ arthimesie betonice^a camedreos camepitheos celidonie gallitrici foliorum lauri malve maiorane mellisse mente nepite origani ozimi pulegii roris marini zinziberi^b savine sticados vitis albe ypericon ysopi camomille melliloti ana M 2 carvi cimini [*f. dIrb*] sileris montani anisi seminis aneti ana ȝ 3 seminis lini fenegreci ana ȝ 2 radicis consolide maioris radicis valeriane radicis petrocilii ana ȝ 1 ex his conquassatis decoctio fiat. De rebus autem decoctionis sacculus impleatur super quo mulier in balneo sedeat a quo cum egreditur metridatum vel confectionem prescriptam tribue sero et mane vacuo stomacho mulier balneetur et si mulierum communis mos sit in talibus balneis se tribus aut quatuor diebus baleare ipsa existente robusta utilius tamen foret per dies decem ad minus ipsam continuare balneum ex novis herbis de tertio in tertium renovando. Ex rebus eisdem stufam seu encatisma facere potes. Earum fumum pre embotum recipere quoque potest. Balneo completo si humiditates a matrice amplius fluant ad ipsam expurgationem completam tale nascale facias quod de nocte saltem deferat continue, quod ḥ arthimesie savine maiorane diptani absinthii ana ȝ 1/2 anisi ameos rute corticum thuris ana ȝ 1 pulpe colloquintide ȝ 2 fiat pulvis et incorporentur cum succo mercurialis vel camedreos ex quo nascale in petia rara ligato fiat quo nocte qualibet renovato tamdiu utatur donec matrix a talibus superfluitatibus purgata fuerit. Ab istis igitur humiditatibus matrice purgata ad eas totaliter ac perpetuo rescidendum ḥ acacie balaustiarum cinum glandium scorie ferri licii mente corticis arboris masticis corticis olibani anthere sumac spice ana ȝ 1/2 fiat pulvis ex quo cum succo acetose vel virge pastoris seu millefolii nascalia fiant que per aliquot mulier dies continue deferat, et si prescripta omnia non habueris quodlibet istorum omnem antiquam humiditatem a matrice emanantem restringendi proprietatem habere scias vel cum aliquo ex prescriptis succis et pulvere thartari nascale conficias quod in illo casu mirabiliter valet, quod si ipsius thartari pulvere in suis [*f. dIva*] cibariis usa fuerit idem faciet^c et est gustui delectabile valde, verum quia humiditates iste corrupte mulieri non nunquam fetentem reddunt cum quo plerumque matricis os in tamen dilatatur ut semen retinere nequeat et ob hoc viris ingrate fiunt multum. In casu tali facias sic ḥ galle nucis muscate ana ȝ 3 gariofilorum ȝ 1 musci ȝ 1/2 terantur et cum ȝ 1 vini rubei dissolvantur quod calefiat parum et in eo tunc petiam lineam madefactam de

^a *betonice*: ante corr.: *betomice*

^b *zinziberi*: ante corr.: *zinzibei*

^c *faciet*: ante corr.: *saciet*

nocte mulier continue deferat. Item ad vulvam maxime coartandam Rx radicum consolide maioris aluminis balaustie mirre olibani masticis colofonie boli Armeni gallarum cipressi cornu cervi usti ana quantum vis de istarum rerum parte una pulvis fiat, alia vero pars conquassetur quam in vino nigro stiptico parum aceti addito buli. Cum tali autem mulier fomentetur sepe deinde cum suprascripto pulvere vulva intus et extra salipisetur et in decoctione suprascripta petiam madefactam superponat^a de nocte vero petiam vel bombacem in predicta decoctione madefactam ad modum nascalis super imponat impositum teneat vel cum rebus infrascriptis in vino et aceto decoctis decoctio fiat Rx masticis gummi Arabici nucum cipressi gallarum aluminis zuccarini ana ȝ 1. Ex his decoctio fiat cum qua vulva fomentur et cum earum de rerum pulvere aspersio quoque fiat, deinde in decoctione predicta immersa petia supponatur, vel facias sic et hoc vulvam restringendo quam maxime ad conceptionem preparat Rx aluminis de pluma mirre ligni aloes pilorum leporis minutissime incisorum ruthe baccarum lauri doronici nucum cipressi ana ȝ 1/2 storacis calamite ȝ 2 ambre ȝ 1 musci ȝ 1/2 fiat pulvis cum qua parum olei mirtillorum addas et nascale conficias, vel conquassentur et ex his per embotum suffumigatio fiat. Si autem vulva debite stricta fuerit istis sophisticationibus constrictivis haud quaquam indiget, et sic capituli huius hic finis esto.

[f. dIvb] Capitulum vigesimum tertium. De approximandis ab extra que matricem ad conceptionem quam maxime preparant et cetera.

[P]lurima sunt que matricem ad conceptionem quam maxime preparant et que a proprietate impregnationis difficultatem removent de quibus omnibus bono adiuvante Iesu in presenti capitulo doctrina dabitur.

De his igitur que matricem ad conceptionem preparant est suffumigium hoc quod Rx nucum cipressi masticis thuris laudani mirre galbani baccarum lauri bdelii ana ȝ 1 storacis calamite storacis liquide ana ȝ 2 ambre grisse ȝ 1/2 conquassentur, et cum ire dormitum mulier intendit per embotum suffumigatio fiat. Vel facias sic accipe laudani puri ȝ 1 storacis calamite ȝ 2 olibani ȝ 1 ligni aloes savine sicce ana ȝ 1½ ambre ȝ 1½ musci gr. 4 cum pistello calido ex his massa fiat de qua parum super carbones pone et per embotum ut prius suffumigatio fiat, vel aliter Rx laudani ȝ 1 storacis calamite ȝ 1/2 gariofilorum ligni aloes rosarum rubearum ana ȝ 2 ambre ȝ 1 musci ȝ 1/2 terantur et cum pistello calido trocisci dragme 1 confiantur ex quibus uno super prunas posito mulier fumum per embotum recipiat, deinde cum aqua rosata in qua

^a superponat: ante corr. supperonat

musci parum dissolutum sit os vulve madefiat, quod si mulier ex potentibus foret facias sic R storacis calamite $\frac{3}{2}$ ligni aloes ambre grisse ana $\frac{3}{2}$ balsami $\frac{3}{2}$ musci $\frac{3}{2}$ fiant trocisci $\frac{3}{2}$ et mulier per embotum ut supra fumum recipiat. Bombax vero in hoc casu in balsamo fino madefactus ac suppositus maxime valet. Suffumigium quoque ex trociscis factum infrascriptis, in hoc casu maxime valet, ut R rosarum rubearum $\frac{3}{2}$ thuris masticis mirre sanguinis draconis boliar mirtillorum ana $\frac{3}{2}$ storacis calamite $\frac{3}{2}$ laudani $\frac{3}{2}$ ambre musci ligni aloes gariofilorum balsami spice nardi ana $\frac{3}{2}$ pulverisanda pulverisentur et cum pistello calido trociscis $\frac{3}{2}$ unius^a cum *[f. d2ra]* dimidia^b confice, ex quorum uno suffumigatio fiat quo facto os matricis cum aqua rosata in qua muscus dissolutus sit madefiat, deinde vir ad mulierem secundum modo qui inferius dicetur accedat vel facias sic R ligni aloes cinamomi ana $\frac{3}{2}$ gariofilorum ciperi zinzibri nucis muscate ana $\frac{3}{2}$ radicum bistorte gallarum aluminis roche ana $\frac{3}{2}$ musci $\frac{3}{2}$ conquassentur et mulier suffumigetur.

Sagzenia sine opio ab Avicenna in quinto descripta¹ aut Serapione in septimo² suffumigata aut supposita in hoc casu granditer valet. Simplicium suffumigia que ad conceptionem quam maxime valere conperi sunt bistorte Gallieni composite xilobalsami laudani nepite mellisse. Ad idem nascale ex quovis simplicium infrascriptorum consimiliter factum valet ut ex felle anseris silvestris cum succo prassii vel cum felle caprioli masculi si masculum vel femine si feminam habere^c cupis et fel recens existat cum quo satyronis pulvis

¹ Avicenna beschrijft twee confecten met de naam 'sagzenea' en maakt hierbij onderscheid tussen 'magna' en 'minor'. Beide worden bereid met 'opium'. Hoewel bij 'sagzenea minor' wordt aangegeven 'dicitur quod teratur siliqua et liniatur ad venena et ad ventositates in matricibus et paucitatem conceptionis et menstrue' bedoelt Guaineri hier 'sagzenea magna' aangezien alleen deze variant ook bij Serapion te vinden is. Avicenna recepteert als volgt (*Canon medicinae liber IV-V lib. V, sum. I, tract. I* (f. rr4vb)): 'Sagzenea Magna. Hec medicina est experta valens ad omnes passiones frigidas et ventositates grossas et dolorem dentium et corrosionem eorum et ad frigus stomachi et tarditatem digestionis et colicam et difficultatem urine et ad frigus et phlegma et ad mucositatem urine. Cuius permixtio R castorei et opii et cinamomi et assari et fu et meu et dauci omnium ana $\frac{3}{2}$ mirre et piperis et macropiperis et galbani et costi omnium ana $\frac{3}{2}$ croci $\frac{3}{2}$ liquefiant cum aqua mellis et terantur sicca et resolvatur galbanum cum melle et conficiatur et administretur post sex menses.' Guaineri schrijft voor dat het geneesmiddel bereid moet worden zonder opium.

² Serapion de Oudere, *Breviarum medicinae* (Venetië: Reynaldus de Novimadio 1479) tract. VII, cap. 8 (f. m5ra): 'Modus confectionis sagzenee que confert eruditinibus frigidis omnibus et ventositatibus crossis et inflationi et frigiditati stomachi et malicie digestionis et dolori colice et duricie epatis et difficultati urine ex flegmate et frigore et illis qui mingunt quasiuchos: et dolori dentium quando ponis ipsam super locum corrosum et locum doloris cuius permixtio. Recipe castorei et opii et cinamomi et asari et fu et meu et dauci omnium ana $\frac{3}{2}$ mirre et piperis et macropiperis et galbani et costi omnium ana $\frac{3}{2}$ croci $\frac{3}{2}$ medium resolvatur quod resolvitur cum rob et in descriptione alia loco rob aqua mellis. Et que sicca sunt terantur et cibellentur et liquefac galbanum cum melle et permisce ea et administra eam post sex menses cum eo quod conveniens est ex potibus.' Guaineri schrijft voor dat het geneesmiddel bereid moet worden zonder opium.

^a *unius*: ante corr.: *unitis*

^b *dimidia*: ante corr.: *cum dimidia*

^c *habere*: ante corr.: *hahere*

incorporandus est vel ex rasura cornu capre cum oleo de spica, quod si transactis tribus diebus post purificationem hoc fiat. Serapio expertum hoc esse dicit.¹ Omne quoque coagulum ad idem valet et leporis quam maxime. Costus similiter cum oleo rosato aut fel corvi cum melle aut fenegrecum cum adipem anatis aut leporis fel cum melle. Semen quoque sparagi cum adipem anseris vel cum eadem testiculus mustele dexter. Cum oleo rosato valet muscus vel lauri folia. Et pro rusticis alleum in oleo rosato decoque cum quo dominam rusticam nascala. Et que a proprietate ab autoribus descripta ad conceptionem valere conperi sunt infrascripta. Sordices auricule dextre mule in auro aut argento ligetur quam mulier in brachio dextro continue ligatam deferat. Idem de dente puelle septem annorum in auro quoque seu argento ligato referunt. Idem de lapide aquile in nido eius reperto fiet. Semen item peonie [*f. d2rb*] circa mulieris pectinem delatum idem facit. Referunt et alii quod testiculi unius galli extracti cum sanguine ac sub lecto positi conceptionem mirabiliter iuvant et idem odor ligni busci facit. Refert et bonus Anglicus quod si cum dente hominis mortui mulier deorsum suffumigetur mulier fecunda redditur, et si ex soleis agni castrati suffumigatio fiat idem facit.² Recitat item aliud empericum cui nullam fidem adhibeo penitus et si in numeras steriles reputatas concepisse ob hoc affirmet, ut in vigilia Iohannis Baptiste³ 20 annorum homo vel supra ante horam diei tertiam ad campos solus accedat et consolidam maiorem sua cum radice primo abstrahat deinde minorem ter dominicam orationem dicendo devote et tam eundo que redeundo nemini loquatur unquam. Cumque domi fuerit ex herbis predictis succum extrahat cum quo infrascripta, verba in Pergamenea carta⁴ describat videlicet Dixit Dominus crescite † uehioch † et multiplicamini chabathay † et replete terram amath. Istam cartam taliter scriptam dum coit vir ad collum ligatam portet dum masculum habere cupit, et si feminam mulier.⁵ Adhibenti forsan fidem hoc accideret mihi nequaquam quia esto verum esset et cum hec viderem illusionem esse putarem potius. Hic quare hoc annotaverim queris viri tanti

¹ De editeur is er niet in geslaagd deze verwijzing naar Serapion de Oudere of Serapion de Jongere te traceren.

² Gilbertus Anglicus, *Compendium medicinae* (Lyon: Jacobus Saccon 1510) lib. VII, cap. 'De approximeron' (f. 287rb): 'Aliud empericum suffumigetur cum dente hominis mortui vel soleis castrati, vel bibat herbam crescentem per medium lapidis perforati.'

³ De vigilie van het Hoogfeest van de geboorte van Johannes de Doper is 23 juni.

⁴ 'Charta Pergamena' is de benaming voor het in Pergamum uitgevonden perkament.

⁵ Gilbertus Anglicus, *Compendium medicinae* lib. VII, cap. 'De approximeron' (f. 287rb): 'Empericum quod numquam fallit et hoc quando dubitatio fit cuius culpa aut viri aut uxoris proveniat impedimentum. Per hoc enim in manu nostra multe que steriles putabantur conceperunt masculus 20 annorum et supra in vigilia beati Iohannis Baptiste consolidam maiorem primo postea consolidam minorem cum radice extrahat de terra ante horam tertiam dicendo ter orationem dominicam. Nec eundo nec redeundo nemini respondeat nec aliquid dicat. Et sic tacendo succum extrahat de predictis. Et cum illo succo scribat in tot cartis quot indiquerit ista verba: Dixit dominus crescite .†. Uthioth .†. multiplicamini .†. thahechay .†. et replete terram .†. amath .†. Si mas chartam tali succo et ipsismet verbis scriptam circa collum habeat dum feminam cognoscit marem feminam concipiet et e converso

autoritas hoc effecit, nam experimentum hoc effectum super consecutum esse asserit. Angli enim inter christianos sortilegi sunt maximi sed ipsis in Francia derelictis huic capitulo finem impono.

Capitulum vigesimum quartum. De approximandis ab extra que in coitu prestant delectationem et que a proprietate Venerem sopitam excitant.

[D]electatio in actu coitus quam vir similiter et mulier capiunt magnum immo maximum ad conceptionem iuvamentum prestat. Ea de re non^a nulla coitum delectantia et aliqua a [f. d2va] proprietate sopitam Venerem excitantia^b que ab extra approximanda sunt in presenti capitulo describam. Antequam igitur ad coitum vir accedat in mulieris amplexibus familiariter se ponat et cum suavi labiorum succione oscula det plurima verba dulcia et amorem inducentia proferat mammillarum papillas digitis leviter pertractet^c, et quia in actu tali omnia facere fas est locum inter anum et vulvam leviter confricit. Ea enim fricatio ut auctores ferunt plurimi in muliere delectationem affert maximam.¹ Sepe ut venereum actum perficiat operam det donec tamen mulieris oculos scintillare percipiat eum interrupte semper. Cumque mulieris scintillant oculi ac verba truncata loquitur sic quod in medio suorum verborum lassata sistit,² et in motibus suis modum habet nullum tunc vir statim piper aut cubebas masticet et cum saliva ex tali masticatione causata virgam illiniat, vel idem cum felle capre et pulvere semenis urtice faciat, vel pulverem satirionis in modum ungenti cum melle conficiat cum quo tunc virgam inungat, vel facias sic accipe piretri stafisagrie cinamomi ana partes equales terantur subtilissime et cum cindato^d cibrentur deinde cum sirupo conditi zinzibri pillulas confice, ex

si femina feminam.' Deze spreek is gebaseerd op Gen. 9:1 (H.E. Henderson, *Gilbertus Anglicus. Medicine of the thirteenth century* (Cleveland: The Cleveland medical library association 1918) 36; C. Rider, *Magic and impotence in the Middle Ages* (Oxford: Oxford University Press 2006) 164; Hoffmann, 'Beiträge zur Lehre', 180-1; L.T. Oslan, 'Charms and prayers in medieval medical theory and practice' *Social history of medicine* 16 (2003) 343-366, aldaar 352). Cf. Nicholaus, *De passionibus mulierum* (Lille MS. 334) f. 30r-v: 'Empericum de quo dixit Guilbertus quod numquam fallit masculo 20 annorum vel ultra in vigilia beati Iohannis Baptiste consolidam maiorem primo et dum consolidam minorem cum radice de terra ante horam terciam dicendo ter orationem dominicam effodiat et accipiat nenum in eundo et redeundo respondendo et loquendo aliquid dicat et sic tacendo succum extrahat et cum illo succo scribat in tot quartis quot indiguerit ista verba, dixit dominus crescere + uthiboth + et multiplicamini + thabethav + et replete terram + amach + si talem cartam cum zucco impressam et verbis scriptam masculus circa collum habeat dum feminam cognoscit marem feminam cognoscit marem generabot et si femina eam habuerit feminam generabit.'

¹ Cf. Avicenna, *Canon medicinae liber III* fen XXI, tract. I, cap. X (f. t2ra): 'Qumqie desiderat et affectat permisceatur ei fricando de ea qua est inter anum eius desuper et vulvam. Ille enim locus est delectationis eius.'

² Cf. ibid.: 'Consideret ergo in ea horam in qua fortis fit in ipsa adherentia et incipiunt oculi eius mutari in rubedinem: et eius anhelitus elevari: et verba eius balbutire: tunc mittit illic sperma oppositum ori matricis dilat-

^a *non*: ante corr.: *no*

^b *excitantia*: ante corr.: *exitantia*

^c *pertractet*: ante corr.: *pertrectet*

^d *cindato*: id est: *cendalo*. 'Cendalum' is een dunne, lichte zijden stof.

quibus unam in ore retine et cum saliva inde genita virgam ac matricis collum illiniat^a. In actu enim coitus ex his mulieri incredibilis delectatio sequitur, que tunc taliter situanda est cum demisso capite scilicet et anchis elevatis sinistrum pedem sub ancha reponat dextrum autem extensem teneat et sic in tali situ¹ et dictis diligenter observatis domine Veneri debitum finale persolvant obnixe studendo ut in eadem instanti spermata simul emittant. Mirum si tacta diligenter observantur et conceptio non sequatur, ut tamen de contingentibus omittas nihil attende esto perrarissimum sit quod inveniuntur nonnullae que parum aut minimum coitum appetunt, ut igitur in talibus sopitum coitus appetitum vivif. *d2vb*fices accipe pulverem piperis et zinzibri quem cum melle commisce et de tali mulier sibi matricis collum illiniat^b ac leviter confricet, quod si idem cum felle verris fecerit ad coitum eam mirabiliter incitat. Idem quoque fiet si tu in priapis oculo de castoreo oleum imposueris tantam enim ex hoc mulier delectationem accipit ut citissime spermatis et viri quoque reperiuntur plurimi quibus et si ad perficiendam venerem bonus animus bona atque voluntas sit vires tamen ad virgam erigenda deficiunt, ut igitur pro posse, tuo istis pauperculis succurratur qui boni existentes animi ut pro his non remaneat vires viribus accumulant facias sic. Accipe andegalli succum aut fel thauri seu verris et cum melle misce et cum eo virga radices genitalium ac femur inunge renes atque modo non nimium calidi sint, talis enim unctio virgam erectam tenet diu. Ad quod maxime iuvat si ex oleis calidis aliquo plantas pedum inunxeris. Idem oleum in quo ciperum aut sinapis fuerint bulita faciet aut oleum sambatinum aut mustellinum cum piretro vel in mortario cum quovis ex oleis predictis parum musci ducas ex quo ut prius inunctio fiat, vel aliter et est mirabile in oleo formicarum et maxime volantium ova diu buliant de tali oleo accipe ȝ 2 seminis eruce seminis cepe ana ȝ 1½ euforpii castorei ana ȝ ½ cere parum et ungumentum satis molle fiat cum quo postea in mortario musci ȝ 1 incorpora et inunge ut prius. In hoc etiam casu dixerunt nonnulli quod unctio facta ex anxugia asini est ultimum. Anxugia quoque anseris valet multum, vel facias sic et est ungumentum expertissimum quod R anxugie

tando locum eius illic parumper scilicet tanta quantitate ne consequatur ipsum impressio aeris exterioris omnino. Ipse enim in dispositione corrumpit ipsum et non est conveniens ad generationem.'

¹ Cf. Avicenna, *Canon medicinae liber III* fen XXI, tract. I, cap. X (f. t2ra): '[...] quod nodi oris matricis et anhelitus eius iam quiescunt ex tot et post illud parum ipsa iacente elevatis coxis et demerso dorso. Deinde surgat ab ea et dimittat eam sic horula una cum strictis pedibus et retento anhelitu.'; Guilielmus de Saliceto, *Summa conservationis et curationis. Chirurgia* (Venetië: Marinus Saracenus 1489) f. i3vb: 'Avicena [sic] 51.3 in regime et curatione sterilitatis: et faciat cum hoc videre diversa obscura et motiones in facie et oculis mulieris, et cum viderit quod mulier excitatur ad coitum quod cognoscet per motiones diversas in oculis et per excitationes et anhelitum diversum: tunc vir excitetur super mulierum et coeat et hora coitus mulieris crura vehementis elevet et sit hora illa caput mulieris inferius mersum.'

^a *illiniat*: ante corr.: *illimat*

^b *illiniat*: ante corr.: *illimat*

vulpine succi eruce ana ȝ 6 et cum his buli ex testiculis vulpis quantum vis ad succi usque consumptionem deinde coletur et cum colatura cere citrine ȝ 6 liquefiant ab igne remoto cum infrigidari incipit, cum eo [**f. d3ra**] pulverem infrascriptum misce qui R seminis cepe albe seminis eruce baccarum lauri ana ȝ 3 fiat pulvis cum quo et suprascriptum fiat ungentum quo ad unctionem ut suprascriptis utere, vel facias sic accipe piretri ȝ 2 cinamomi ȝ 1 euforbii ȝ 1/2 seminis fac pulverem quam cum olei sambacini^a aut mustellini ȝ 1/2 misce.

Aliqui et credo qui ex odoratu percipiunt nihil vel quibus fetida placent sic faciunt baurac et assam^b fetidam cum melle misce et unctionem faciunt ferunt enim tale virgam erectam tenere diutissime. Aliter et melius accipe euforbii piretri ana ȝ 1 et cum ȝ 2 aque ad medietatis consumptionem usque coquantur deinde cum quanto vis olei sambacini aquam illam permisce tantum decoquenda quod ipsa tota resoluta sit. Ex oleo tali unctio ut prius facta valet mirabiliter. Ex testiculis consimiliter bellicosi galli cum piguedine anseris unctio facta efficiet idem. Fertur quoque quod tenere in ore frustum galange erectam virgam diu tenet. Preterea sicut non nulla de proprietate sui venerem extinguunt ac hominem castum efficiunt ut agnus castus lapis celidonus camphora et alia plura. Ita aliqua venerem potenter excitant^c ac hominem luxuriosum reddunt ut philosophi plurimi inquiunt. De quorum numero abrotanum sub pulvinari^d positum esse affirmant, et idem facit semen elitropie et est cycorea vel species eius scilicet cuius semen scorpionis caude^e similatur vespertilionis quoque sanguis in aliquo folliculo^f ligatus et sub mulieris capite positus idem facit. Testiculi etiam bellicosi galli in arietina involuti pelle et brachio suspensi venerem^g mirabiliter incitant, ac recens satyronis^h testiculus in manu retentus. Mirabile dictu fertur quod stellionis cinis in petia ligatus et in manu sinistra delatus ultra modum ad venerem provocat et in dextra retentus eam totaliter prohibet. Miranda plurima que [**f. d3rb**] coitum delectant queque a proprietate Venerem sopitam vivificant in hoc capitulo descriptaⁱ sunt. Sed certe stellionis cinere mirabilius nihil. Ea de re congruum sive dignum putavi quod dominus stellio de medicamentis omnibus in hoc capitulo scriptis palmam reportaret, et sic capitulum hoc in ipsum finem recipiat.

^a *sambacini*: ante corr.: *samarini*

^b *assam*: ante corr.: *asan*

^c *excitant*: ante corr.: *exitant*

^d *pulvinari*: ante corr.: *pulvinarim*

^e *caude*: ante corr.: *crude*

^f *foelo*: ante corr.: *folliculo*

^g *venerem*: ante corr.: *veneram*

^h *satyronis*: ante corr.: *satyronis*

ⁱ *descripta*: ante corr.: *descripta*

Capitulum vigesimum quintum. De pulveribus confectionibus aliisque ab intra sumendis plurisque veneri materiam requisitam adaugent ac eum ad coitum proprium gaglarditer^a provenientur^b adiuvant.

[I]mpregnationis prohibitio venere non interveniente removebitur nunquam. Qua propter precedentibus in capitulo exteriis approximanda que ipsam multifariam multisque modis adiuvant descripta. Sed ea nunc scribendum restat que intus sumpta materiam eidem necessariam adaugent ac eius corroborando potentiam ad explendam proprium gaglarditer adiuvarent quod adiutore deo in presenti capitulo fiet.

Simplicia ad hoc propositum facienda reperiuntur plurima de quorum numero est caro communis que paucarum superfluitatum multi nutrimenti et facilis sit digestionis. Anatis tamen caro columborum perdicis passeris turturis et anseris lingua in hoc casu ceteris prevalere nonscuntur et autoritate Biblikil capitulo de spermate et coitu¹ omnium animalium commestibilium testiculi valere dicuntur a proprietate in hoc tamen casu infrascripti principatum tenent ut testiculi gallorum apri verris cervi et thauri. Si istorum attamen commestio aliquem fastidirent desiccentur et in pulverem reducantur de quo accipe ȝ 1 galange piperis longi ana ȝ 2 zuccri ad pondus omnium fiat pulvis de quo amicus coclear unum cum vino calido mane iejunus accipiat ac in sero cum dormitum iuerit tantundem. Infrascriptorum quoque commestio cerebrorum valet ut gallinarum gallorum nondum *If. d3va]* coeuntium caponum fasianorum anitis et perdicum columborum tamen et passerum ceteris prevalent. Ex assato arietis pulmone humorem expressum in tali casu fertur habere prerogativam maximam Avicenna vero 21 tertii² ac Biblikil allegato capitulo pulverem ex priapo thauri bene ferocis cum ovo sorbili in modica adhuc quantitate datum in hoc casu efficacissime valere asserit.³ Idem et nonnulli de stercore passeris aut fasiani aut falconis aut accipitris referunt quod cum sorbili ovo aut vino calido dandum est. Pulvis quoque pedum ac caude stincorum seu lacerte modo quo supra sumptus valet mirabiliter. Pulvis ossium de calcaneo hirci combustorum vel ossium bovis aut pulvis de testa testudinis valet a proprietate, et ut sermo eorum que ab animali proveniunt compleatur. Valent coagula omnia ova piscium gallinarum perdicum columborum passerum et omnium pervarum avium. Lac quoque omne et

¹ De editeur is er niet in geslaagd deze auteur met zekerheid te identificeren. Waarschijnlijk verwijst Guaineri naar diens *Parvus continens*.

² De editeur is er niet in geslaagd deze verwijzing naar Avicenna te traceren.

³ De editeur is er niet in geslaagd deze auteur met zekerheid te identificeren. Waarschijnlijk verwijst Guaineri naar diens *Parvus continens*.

^a *gaglarditer*: ante corr.: *gaglariter*.

^b *provenientur*: ante corr.: *pronenientur*

sal stinci^a seu lacerte quod sic fit. Lacertus in amorem cum vadit decolletur et eius teretur et sale repleatur quem in umbra suspensum desiccari permitte et abieco lacerto sal usui reservetur, modica enim quantitas tibi sufficit, quod si huius pulveris et silvestris eruce seminis cum ovo sorbili mane ana 3 1 dederis nihil supra, et scito quod prescripta cum ovino lacte sumpta aut caprino recenter mulso non minus quam cum sorbili ovo aut cum vino calido valent. Scito et item quod in isto casu omnia a muliere sumpta purificatis menstruis efficatius operantur. Herbas infrascriptis in hoc casu conferre veteres experti sunt ut apium eruca et maxime silvestris andachocha melissa menta nasturtium ozimum pulegium saturegia urtica feniculus sparagus et ysopus et inter omnia ista eruce succus cum vino datus in iejuno optime valet.

Ex radicibus in hoc casu maxime convenientes sunt pastinata domestica et silvestris accorus bulbus cepe alleum porrum enula napi [*f. d3vb*] rapa rafanus satyrion secacul yringi galanga zinziber ac radix gladioli illa scilicet que desuper invenitur ex seminibus seu granis sunt semen urtice rafani melonis apii petrociliis nasturcii agrestis et domestici semen frasani que lingua avis dicitur semen eruce baucie cepe cimini andacoche napi porri rape lini sparagi cardamomi ameos anisi granum been cicera rubea fracta et integra faba lupinus faseoli risum ferrum gariofilorum piper album et longum.

Ex fructibus in casu isto convenientibus sunt nuces communes ut communiter fit condite pinee pistachie uve dulces amigdale avellane dactili et nux Indica. Ex piscibus et si Avicenna petrinos laudaverit¹ in casu tamen nostro magnam efficaciam habere non comperio. A nonnullis tamen et a vulgaribus presertim fertur carnes coclearum fluvialium libidinem incitare potenter.

Ex prescriptis veneris materiam abunde multiplicant aliqua ad actum tamen leviter cum incitant et aliqua esto ad venerem ardentius incitent tantam tamen materiam communiter non multiplicant, unde sollers medicus omnia ista diligenter examinet et secundum quod ad humanum usum delectabilius convenire possunt faciat preparare studiose, et si bene notaveris ex prescriptis veteres confectiones seu electuaria composuere plurima, ex quorum usu domine veneris augeri viris potenter asserunt, et inter alia dyasatyron descriptione communi zinzibri conditum et secacul maxime laudo. Sed cum iuxta mei ingenioli potentiam simplicia in hoc casu que valent omnia cum diligentia perquisiverim quasdam prescriptorum descriptiones et compositiones deo auxiliante describam que naturalem roborando calorem sperma

¹ De editeur is er niet in geslaagd deze verwijzing naar Avicenna te traceren.

^a *stinci*: ante corr.: *stinici*

multiplicando et venereum appetitum incitando iuvenes ad venerem non solum verum decrepitos in senio ultimo constitutos compellent adeo ut in estate adolescentie seu iuvenili, se fore conversos existimabunt. Quarum prima sit [f. d4ra] hec que R testiculorum vulpis recentium et mundatorum ȝ 6 cicerum rubeorum mente saturegie eruce silvestris secacul yringi radicis acori pastinace silvestris radicis gladioli que est desuper mellisse nasturcii ozimi pulegii urtice feniculi teneri ana ȝ 2 ista omnia bene munda in ovino lacte decocta ultima pistatione pistentur et ad stagminam passate ad partem reserventur deinde cerebrorum columbarum atque passerum testiculorum thauri verris gallorum et apri ana ȝ 3 in prescripto lacte talia consimiliter decoquantur. Cumque cocta fuerint modico butiri recentis vitellis ovorum recentium duobus additis in patellis assentur parum per successive accipe amigdalarum dulcium avellanarum aliqualiter assatarum pistachiarum nucleorum communis nucis pinearum omnium mundatorum ana ȝ 1 medulle nucis Indice dactilarum pinguium ana ȝ 1½ ista conterantur contritione ultima demum accipe priapi thauri siccii seminis eruce ana ȝ ½ seminum anisi baucie rape napi sparagi et fraxini ana ȝ 2½ galange piperis longi zinzibri ana ȝ 6 cinamomi gariofilorum piperis albi ana ȝ 3 caude stincorum ȝ 5 caude lacerti^a ȝ 1½ subtilissimus pulvis ex his omnibus fiat. Sic omnibus preparatis electuarium confice si cum zuccro ipsum feceris accipe zuccri trium coctarum ȝ 6 et de pastarum primarum rerum ȝ 2½ de qua et si non tamen habueris in tantum receptam adauge ut pastam ad sufficientiam habeas, zucrum cum decoctione eruce silvestris saturegie^b mente melisse nasturcii ozimi urtice et cicerum rubeorum dissolve quod lento igne decoquatur pastam autem illam paulatim secum misce et in fine decoctionis adde cerebella et ea que in patella frixa sunt cum lignea spatula continue commiscendo debite cum cocta sint et infrigidari incipiunt amigdolas adde et ea que secum pista sunt ultimo vero prescriptos pulveres comisce electuarium tuum perfice. Sero autem [f. d4rb] cum tuus bonus homo dormitum vadit ac mane cum surgit ad quantitatem castanee de hoc electaria sumat, usus enim eius quam maxime antiquos iuvat nam calorem naturalem roborando, sperma multum adauget et in tantum naturam fortificat ut utens coitu uti possit gaglarditer. In antiquis quoque debilibus qui nec de coitu curant talis electuarii usus calorem naturalem adaugendo multum vitam prolongat, verum si cum melle facere volveris quod efficacius erit ȝ mellis 4 pro ȝ 2½ paste illus sufficient et ut primo electuarium facito.

Aliter R seminis eruce priapi thauri testiculorum vulpis ana ȝ 2 galange piperis longi ana ȝ

^a lacerti: ante corr.: lacreti

^b saturegie: ante corr.: saturogie

1 zinzibri cinamomi ana 3 ½ caude stincorum 3 1 fac pulverem de quo cum ovo sorbili in mane exhibe, vel aliter et est efficatissimum cupienti suavissime in nocte amasie placere, accipe seminis eruce testiculum vulpis seminis urtice saturegie priapi thauri ana 3 2 caude stincorum 3 1 cum cerebellis passerum de nocte pillulas confice de quibus cum amicus dormitum vadit 3 2 capiat et mihi crede miranda miracula faciet. Tu autem ex prescriptis simplicibus unum vel plura elige pulverem facias quo in ferculis amicus tuus utatur seu stomaco in mane iejuno cum ovino lacte vino calido aut sorbili ovo prebe ac in fero quoque vel per bolos cum zuccro electuarium facias, quia si fantasiam tuam ampliaveris mille modis talia prebere poteris. Tantum his pauperculis qui speciem conservare desiderant conpatior ut ab his discedere nequeo. Ideo electuarium unum in hoc casu preciosissimum ymo prope divinum quod in subaudia pro quodam nobili antiquo composui adhuc scribam et tale huic capitulum finem imponat volo quod R satyronis ⅔ ½ dactilorum 3 4 mente zinzibri conditi iuiubarum ana 3 3 coquantur in lacte ovino demum bene pistentur, post accipe testicularum gallorum et verris ana 3 2 cerebrorum [*f. d4va*] columbarum et passerum ana ⅔ ½ cerebra hec et testiculi in lacte ovino consimiliter decoquantur et cum modico butiri recentis in patella parum assentur vitellis ovorum recentium tribus additis, demum accipe mellis despumati ⅔ 2½ zuccri thaberzed ⅔ 3 mel et zucrum insimiliter coquantur faciliter adiungendo paulatim suprascripta et cum lignea spatula semper commiscendo cumque cocta omnia fuerint pulveres infrascriptos adde accipe priapi thauri seminis eruce ana 3 1½ galange zedoarie ana 3 1 cinamomi zinzibri piperis longi seminis fraxini ana 3 6 seminis mercurialis seminis malve ana 3 ½ medulle nucis Indice pinearum mundatarum pistachiarum visticorum amigdolorum dulcium mundatarum ana 3 1 ex his pulverisanda in pulverem redige reliqua cum cultello minuti incitantur et cum prescriptis debite misceantur, et facias electuarium cuius ad quantitatatem castanee tuo bono homini cum it dormitum et mane cum surgit exhibeas. Hoc enim calorem naturalem restaurat, seminis materiam adauget ac ad venereum actum hominem adeo potentem efficit ut ab eo mulier et si^a non saciata tamen lassata recedit. Hoc tamen electuarium conficere potes aliter videlicet medullam nucis Indice pineas pistachias fisticos et amigdolas simul tandiu pista ut paste formam recipiant. Super que postea pulverisatum zucrum proiice et tantum simul de novo pistentur quod debita eorum incorporatio fiat, quo facto mel satyronis dactilos mentam zinzibri et iuiubas ut supra decoctas omnibus adde atque gallorum et verris testiculos columborumque ac passerum cerebra, hec simul in igne lento

^a et si: id est: etsi

decoquantur. His coctis cum infrigidari incipiunt pulveres prescriptos commisce et electuarium ut prius facito quo ut prescriptum est utere, verum ut promissa servem electuarium hoc presenti capitulo imponere finem debebat, quia tamen tractatum hunc mulierum amore conficio [*f. d4vb*] peccatum grande^a pensarem si eas prescriptorum que sic difficultatis impregnationem divinitus removent participes non efficерem. Qua de re scito prescripta his non minus quam viris convenire. His maxime que coitum frigiditate nimia respuunt ac his que ex abundante frigiditate puellas concipientes maxime habere peroptant. De his tamen que sic masculos habere desiderant deo duce doctrinam aliam sequentibus in capitulis describere spero et per hoc huic capitulo fidem impono per quod et per aliqua prescripta difficultatis impregnationis in muliere ab flegmatica humiditate provenientis curam habes omnibus scilicet ordinate descriptis que tam ab extra quam ab intra regulariter approximari debeant.

Capitulum vigesimum sextum. De cura impregnationis difficultatis a colericis matricis humiditatibus provenientis.

[B]one deus quantum difficultatis impregnationis ad humiditate flegmatica proveniens inpedimenti michi dedit. Sed in uno consolor quod in eius describendis curis que scilicet tam a colera sanguine quam melancolia provenire potest ea adiumenti michi erit maximi. Et propter illius que causa humiditatis colerice provenit nunc curam tanquam semi expeditus ab ipsa letus aggredior. Sex igitur rerum non naturalium ad frigidum humidum preordinato regimine de ambabus zaphenis flebothomiam fieri iube corpore quam maxime existente plectorico non multa tamen sanguis quantitas extrahenda est cum colere frenum ipse sit. Successive vero ad humoris derelicti digestionem accede R̄ sirupi acetosi simplicis seu oxizaccare simplicis ȝ 2 syrupi de endivia ȝ 1 aquarum cycoree lupulorum et buglosse ana ȝ 2 pro duabus vicibus misce aut pro delicatis cum muscatellinis sandalis aromatizando clarifica quam totiens exhibe donec materiam digestam comprehendas vel cum aquis premissis iuleb rosatum aut violatum prebe [*f. d5ra*] quod si magistralem appropriatum sirupum volueris R̄ florum buglosse borragis rosarum rubearum M ½ violarum lactuce foliorum papaveris albi endivie scariole ana M 1 seminis endivie ac lactuce ana ȝ ½ quatuor seminum frigidorum ȝ 6 fiat decoctio quam cum zucri ȝ 2 aceti albi ȝ 4 vini granatorum ȝ 1½ cum citrinis sandalis aromatizando sirupisa et cum prescriptis aquis ut precentibus utere. Digesta materia taliter evacuetur. Accipe cassie seu manne ȝ 1 distenpera cum decoctione capillis veneris florum

^a *grande*: ante corr.: *grade*

buglosse violarum prunorum et tamarindorum extracta cassia electuarium de succo rosarum vel confectionis de manna $\frac{3}{2}$ cum siripi violati $\frac{3}{2}$ commisce et in potu tribue vel loco electuarii de succo rosarum vel confectionis de manna adde $\frac{3}{2}$ reubarbari cum granis 6 spice nardi infusi in aqua lactis caprarum cum modico vini albi de ipso cum in infusione horis 6 steterit convenienti expressione facta. Et si potionem rennuit \aleph electuarii de succo rosarum aut confectionis de manna $\frac{3}{2}$ zucri albi quantum sufficit et deauratum bolum facias quam potionis loco sumat. Colera pura peccante talia convenient. Si tamen vitellina aut citrina colera peccaret sirupum de radicibus acetosum exhibe ac dyafiniconem electuarium Indum pillulas de reubarbaro seu aggregativas. Cum tamen medicus quilibet materias has sciat communiter evacuare in dando modum eas digerendi seu evacuandi cupiens ad appropriata devenire^a amplius non insisto. Facta purgatione per horam unam ante pastum confectionis infrascripte bolum unum mulier semper capiat que \aleph specierum tria sandalis $\frac{3}{2}$ rasure eboris visti quercini pulveris priapi thauri ac matricis leporis ana $\frac{3}{2}$ zucri albi $\frac{3}{2}$ zucrum cum aqua rosata solvatur et in morsellis grossis satis confectio fiat vel accipe conserve rosarum $\frac{3}{2}$ conserve florum nenufaris boragis et *buf. d5rb*]glosse ana $\frac{3}{2}$ dyarodon abbatis tria sandalis manus Cristi cum perlis ana $\frac{3}{2}$ margaritarum $\frac{3}{2}$ fragmentorum lapidorum preciosorum $\frac{3}{2}$ 2 semenis mercurialis $\frac{3}{2}$ rasure eboris visci quercini pulveris priapi thauri matricis leporis ana $\frac{3}{2}$ deauratam mixturam ex his fieri iube de qua precedentis loco coclear unum continue sumat. His factis in balneo tali iuvamen inveni singularissimum quod \aleph malve ac bismalve cum radicibus ana M 4 foliorum violarum salicis vitis uvas albas portandis rosarum nenufaris et iunci ana M 2 foliorum cotani M 3 et ulmi M 1 fenugreci $\frac{3}{2}$ fiat decoctio in qua tepida mulier sero et mane iejuna se balneat et ut ne sudet vel saltem quanto minus poterit tina discooperta permaneat. Ex herbis autem balnei sacculus impleatur super quo se mulier balneans sedeat. Cum balneum egreditur de predicta confectione seu mixtura continue sumat et per dies aliquot balneum tale continuet. Eius tamen loco ex his rebus stufam seu encatisma facere poterit. Vel tale suffumigium quod \aleph sandalis omnium^b ana $\frac{3}{2}$ rosarum rubearum florum nenufaris violarum ana $\frac{3}{2}$ storacis calamite $\frac{3}{2}$ ambre $\frac{3}{2}$ 1 conquassentur et cum aqua rosata trocisci conficiantur. Ex quibus super carbones uno posito per embotum recipiat fumem. Ante et retro ex albo ungento Galieni sero se ungt cum cuius uncia una $\frac{3}{2}$ boli Armeni si adderes melius erit. Infrascriptum quoque nascale per noctes plurimas deferat.

^a *devenire*: ante corr.: *devemire*

^b *omnium*: ante corr.: *onium*

Quod a proprietate abundantem in superfluitatibus colericis matricem ad conceptionem preparat quod R medulle cruris vituli cerebri cervi butiri vaccini adipis caprarum seminis mercurialis ana 3 1/2 acatie ypoquistidos sandalorum rubeorum storacis liquide cornu cervi usti ana 3 2 cum oleo rosato similiter incorporentur et cum lana nascalia appensa [*f. d5va*] filo conficias posset et pessarium taliter fieri R rerum prescriptarum 3 1 aqua rosata et olei rosati ana 3 3 dissolvantur simul et cum eo mulierem pessarisa. De aliis vulve zophisticationibus cum in hoc casu rarissime his opus sit tractatio aliqua fienda non est ubi tamen opus foret ad precedentia capitula recursum habe et ex magis temperatis que illic descripta sunt utere et in hoc huic capitulo finem facere libet quia si aliqua sibi deficient in prescriptis capitulis recursum inveniet.

Capitulum vigesimum septimum. De cura difficultatis impregnationis que a matricis sanguineis humiditatibus provenit.

[S]uperflue humiditates sanguinee colore admixtione sepe participant aquoso tamen cum flegmate sepius. Cumque ut habitum est ab his sepe impregnatio difficultatem recipiat curam ubi adhibere volveris talium qualitatem ac substantiam primo tibi inspiciendum est quam ex totius habitudine urine ac talium sanguinarum humiditatum inspectione cognosces. Te igitur ad actum practicum reducendo sex rerum non naturalium sanguinis multiplicatum regimen prohibe. Quod si humiditates iste colera participant tale regimen ad frigide siccitatem contemplando declinet facias si vero aquoso flegmate ad siccum regimen declinet necesse est sed frigidum temperetur deinde communibus materiebus evacuantis flebothomia ambabus ex zaphenis fiat et copiosa quidem verum si humiditates iste colera sive flegmate participant evacuatione ubi opus sit cum quibus et quomodo illud fieri debeat ex precedentium capittulorum doctrina notum tibi satis est et per hoc ad appropriata solum devenio. In hoc enim casu balneum ex aqua in qua corei confectiones sua coria conficiunt iuvamenti mirabilis invenies et prescripto more mulier balneanda est. A balneo vero cum egressere bolus [*f. d5vb*] confectionis infrascripte unus eidem tribuatur que R cinamomi seminis mercurialis rosarum rubearum limature eboris margaritarum ana 3 1 corollis rubeorum fragmentorum lapidem preciosorum ana 3 2 sandalorum omnium 3 1/2 zucri M 1/2 dissolvatur zucrum cum aqua rosata extinctionis calibus aut caudentis auri et prevalet et conserve rosarum 3 1 addita in satis grossis morsellis confectione fiat in prescripto balneo pluribus diebus se balneet.

De mixtura quoque infrascripta per horam unam ante pastum unum coclear semper

accipiat que R conserve rosarum antique ȝ 1 conserve buglosse ac boraginis ana ȝ 2 tria sandalorum dyarodon abbatis ana ȝ 2 pulveris specierum predictarum ȝ 3 pannorum auri numero 12 mixtura ex his fiat que deauretur. Mulier sepe ex infrascripta decoctione fomentetur que R rosarum rubearum gallarum sumac plantaginis simpitii chimolee boli Armeni aluminis ana M ½. In aqua fluviali vel ferrata omnia ista decoquantur cumque mulier fomentetur sepe deinde intus et extra prescriptarum rerum pulvere matricis os salpizetur et petia in prescripta decoctione madefacta tam intus quam extra superponatur. Hec de die fiant de nocte vero accipe musci grana 6 sandalorum muscatellinorum rosarum rubearum ana ȝ ½ olei rosati ȝ 1½ diu in mortario ducantur in quibus intinctus bombax superponatur.

Considerando que in precedentibus prescripta sunt quantum ad ea que in cura difficultatis impregnationis ab humiditate sanguinea provenientis requiruntur mihi in hoc capitulo descripta sufficere videntur. Quod si aliquod ad perficiendam eius curam deficit a prescriptis capitulis auxilium petat quia indigentii deo duce in complemento supplebunt et per hec tibi finem impono.

Capitulum vigesimum octavum. De cura difficultatis impregnationis que provenit a matricis humiditatibus melancolicis.

[f. d6ra] [D]ifficultatis impregnationis ab superfluis humiditatibus cure ut finem imponerem de ea que ab humiditate melancolia provenit^a adhuc ponere curam restabat. Tua igitur melancolia que impregnari tam avide cupid. Sex rerum non naturalium ad calidum et humidum declinans regimen fac ut observet. Et super omnia quibus sciverit modis sibi letitiam inferat. Tu autem ad digerendum materiam facias sic. Accipe sirupi de radicibus acetosi ȝ 2 sirupi de fumo terre ȝ 1 aquarum buglosse scolopendrie et arthimesie ana ȝ 2 pro duabus vicibus misce aut cum cinamomo optimo aromatizando clarifica vel aliter accipe aquarum buglosse pipinelle fumi terre arthimesie et scolopendrie ana ȝ 3 aceti ȝ 1 zucri albi ȝ 4. Ex his cum optimo cinamomo aromatizatum iuleb pro duabus vicibus facito quod si magis adhuc a proprietate facere vis accipe calaminti origani sticados eupatorii florum boraginis buglosse arthimesie camedreos ana M ½ scolopendrie M 1 corticum genestre et fraxini ana M ½ passularum ȝ 1 fiat decoctio in cuius fine epithimi ȝ 1 adde et cum ȝ 1 zucri ȝ ½ mellis et ȝ 2 aceti passulati aromatizatum cum cinamono syrupum ut facias cuius ȝ 1½ cum aquis prescriptis pro una vice tribue. Materia digesta accipe cassie aut manne ȝ 1 quam cum tali

^a *provenit:* ante corr.: *proveit*

decoctione dissolve que R capillos veneris florum boraginis buglosse violarum camedreos lingue cervine ana M $\frac{1}{2}$ passularum $\frac{3}{2}$ fiat decoctio in cuius fine $\frac{3}{2}$ epithimi adde extracta cassia seu manna confectionis Hamech $\frac{3}{2}$ ac syrupi violati $\frac{3}{2}$ cum ea misce et medicina fiat vel aliter accipe confectionis Hamech $\frac{3}{2}$ zucri quantum sufficit et deaurutus bolus fiat vel pillarum de lapide lazuli $\frac{3}{2}$ loco horum prebe. Verum cum communiter practicantes materias tales evacuare sciant his solutis finem impono.

Evacuata materia balnea nisi feceris pensate fecisse nihil. [*f. d6rb*] Accipe ergo camomille melliloti camedreos camepitheos ysopi foliorum lauri lavendule ana M 2 arthimesie M 4 malvavisci^a cum radicibus M 5 seminis lini fenugreci ana $\frac{1}{2}$ radicum valeriane $\frac{1}{2}$ conquassentur et ex his sacculus super quo mulier sedeat in balneo repleatur a quo cum egreditur confectionis infrascripte bolum unum prebe. Que R specierum electuarii de gemmis $\frac{3}{2}$ seminis mercurialis limature eboris ana $\frac{3}{2}$ priapi thauri coaguli leporis cum matricis ana $\frac{3}{2}$ zucri albi^b $\frac{1}{2}$ zucrum cum aqua buglosse dissolve cum florum buglosse conserve $\frac{3}{2}$ misce. Et antequam per bolos confectio incidatur prescriptos pulveres cum imposueris $\frac{3}{2}$ cinamomi vel cum cultello incisi super adde et confectionem per bolos facite cuius quoque ante pastu per horam bolum unum mulier super accipiat. Ex rebus balnei stufe encatismata ac suffumigia balnei loco fieri possunt quod si fiat dandi post confectionem semper memor esto. Nascalia et etiam in illo casu que sequuntur maxime valent ut ex costi pulvere et oleo rosarum vel fenugreco cum adipe anatis aut seminis sparagi cum adipe anseris seu ex oleo violarum cum musco quodlibet istorum matricem ad conceptionem maxime adaptant. Et hoc pro talium melancolicarum humiditatis cura sufficiat. Nam si ad huius capituli^c completam doctrinam pluribus seu aliis a proprietate difficultatem impregnationibus removentibus vel vulve zophisticationibus opus sit capitula prescripta que de his te faciant abundatem require.

Capitulum vigesimum nonum. De cura difficultatis impregnationis que ad siccitate sola seu caliditate vel frigiditate provenit.

[P]lurime ut in capitulo de causis et signis sterilitatis ac impregnationis difficultatis supradictum fuit ad contipiendum solum propter siccitatem difficultant quibus taliter succurrendum est. [*f. d6va*] Totum sex rerum non naturalium regimen ad humiditatem ac temperatam caliditatem declinet facito quod ut omnia in unum concludam tale regimen totum

^a *visci*: ante corr.: *iusci*

^b *zucri albi*: ante corr.: *zucri albi zucri albi*

^c *capituli*: ante corr.: *capitulli*

resumptuum sit propter quod in usu continue talis quam maxime sibi proderit quod R zucri
 albi ℥ 1½ amili^a ȝ 3 cum aqua rosarum anulum dissolvatur et in ea zucrum postea cui ad
 lentum ignem dum coquitur ȝ 3 amigdolarum dulcium recentis olei paulatim adiunge et in
 morsellis talem confectionem facias. Nonnulli confectionem hanc sic faciunt cum aqua rosata
 zucro dissoluto et ad ignem dum lentem decoquitur nunc oleum nunc amidum paulatim
 adiugunt cum spatula lignea perforata continue permiscendo confectionem per bolos ut supra
 conficiunt mulieri preterea huic asine lac seu capre cum modico mellis aut zucri calidum
 prout ab ubere mulgetur per duas aut tres horas ante prandium sumptum valet maxime. De
 resumenda muliere deinceps tuus iste labor sit. Sed ad propositum nostrum infrascripto balneo
 sepe balneanda est quod sic fit. Accipe multonum^b capita plura que in caldario magno ad
 ossium usque separationem buliant deinde accipe foliorum vitis muscatelli salicis violarum
 camomille melliloti ana M 2 malva visci cum radicibus ana M 6^c fenugreci seminis lini ana ℥
 2 radicum valeriane ℥ 1½ conquassata omnia in decoctione^d predicta sufficienter buliant et in
 tali balneo mulier sepe balneetur a quo cum egreditur confectionis infrascripte bolus unus
 exhibeatur que R specierum dyarodon abbatis ȝ 2 seminis mercurialis rasure eboris^e ana ȝ 2
 matricis leporis ȝ 2 seminis bombacis draganti gummi Arabici ana ȝ ½ zucri in buglosse aque
 dissoluti ℥ ½ et florum buglosse et conserve ana ȝ 1 addendes per bolos confectio fiat de qua
 per horam ante cibum aliud medicinale dum non recipit esse^f bolum unum semper accipiat. In
 hoc casu vulva zophisticatione alia non nisi ut *huff. d6vb*]mectetur indiget quod ex calida
 decoctione balnei prescripti si mulier super perforato scamno bene cooperta stufetur per
 optime fiet. Ad quod etiam nascale hoc continue quasi delatum valet multum R medulle cruris
 vaccine adipis galline ana ȝ ½ storacis liquide ȝ 2 et cum lana nascale conficias vel his rebus
 adde oleum amigdalarum dulcium ȝ 4 et mulierem pessarisa. Confectiones plura et alia
 plurima in prescriptis capitulis descripta huic proposito convenientia in eisdem capitulis
 requirenda sunt quod si impregnationis difficultas ex caliditate sola proveniret ad capitulum

^a *amili*: ante corr.: *anuli*

^b *multonum*: ante corr.: *mutonum*

^c *malva visci cum radicibus ana M 6*: mogelijke lezing (naar f. d6rb): *malvavisci cum radicibus M 6*. Franciscus Bobiensis paste deze passage voor de gedrukte uitgave van 1488 aan tot 'malvasci [sic] cum radicibus ana M 6', waardoor niet langer 'malva' (een plant uit het geslacht kaasjeskruid) en 'visci cum radicibus' (maretaak met wortels) in gelijke hoeveelheden gebruikt moest worden, maar alleen een bepaalde *Hibiscus*-soort met wortels. Opvallend is echter dat Franciscus Bobiensis 'ana' niet uit de passage verwijderde, dit gebeurde pas voor de gedrukte uitgave van 1518: 'malvavisci cum radicibus M 6'.

^d *decoctione*: ante corr.: *decoctone*

^e *eboris*: ante corr.: *ebotis*

^f *recipit esse*: id est: *recepisset*

de cura difficultatis impregnationis ab humiditatibus colericis provenientis recursum supra habeas et etiam illa conveniunt que postquam evacuata est materia ibidem descripta sunt debes et si frigiditate sola provenerit ad capitulo de cura difficultatis impregnationis ab humiditate flegmatica provenientis recursum habere et omnia illa etiam in isto casu conveniunt que postquam evacuata est materia descripta sunt. Et per hoc causis omnibus impregnationem prohibentibus que suprascripte sunt satisfecisse quantum ad curam mihi visum est. Pro quo illi crucifixo Iesu infinitas gratias ago. In hoc ergo capitulo istud finem recipiat.

Capitulum 30. De fetus seu embrionis generatione.

[S]i a te documenta prescripta diligenter observata sint que ad concipiendum imponentes erant plurime tuo beneficio iure pregnantes fient quas cum regere ac gubernare tua sit an pregnantes sint per propria que describentur signa noscas oportet in quorum noticiam si impregnationis modus notus tibi fuerit devenies facilius. Is itaque per prius describendus erit et hoc in presenti capitulo creatore duce facturus sum. Pro quo scito quod isti tres termini conceptio generatio embrionis et pregnatio synonimi [*f. d7ra*] sepe nobis sint proprie tamen sumpti differunt multum nam conceptio est attracti a matrice seminis in sanguinis menstrui puriori parte permixtio in que ipsius matricis naturalis calor embrionis generatio tandem consequitur. Embrionis vero generatio est virilis spermatis in menstruo sanguine tam diurna actio ut materia illa humanam formam suscipiat. Impregnatio quidem tantummodo mulieris experie se tenet que est aliud nihil quam conceptio et embrionis generatio. Conceptione etenim ac embrionis generatione facta mulierem tunc et non ante pregnationem dicimus. Ex quibus primo que est inter tres terminos differentia nam embrionis generatio conceptionem presupponit. Impregnatio vero utrumque patet secundo qualiter conceptio vigore caloris naturalis matricis ad actum reducatur etiam embrioni generatio ab innato calore seminisque dignitum spiritum communiter vocamus. Attracto igitur semine matrix super eum tam avide colligitur quod eius intrinsecum os tam strictum manet ut inde spermatis aut sanguinis menstrui egredi possit nihil et sic seminis cum puriori parte menstrui sanguinis commixtio fit in quam calore matricis agente spermatis calor ad actum reducitur sicut ut in materiam illam menstrualem per embrionis generatione fienda agere deinceps possit et ut tactum est talis conceptio nuncupatur. Calore vero spermatis in materiam illam menstrualem deinceps agente eam per tribus principalibus formandis membris preparat ac disponit et sic in eam digestionem causat quandam. Et hic philosophorum veterum que materiam hanc possibilibus modis omnibus perscrutari conati sunt relatu in sex dierum spacio fit communiter. Successive vero

calor actionem suam continuans materiam illam ut membrorum formam suscipetur possit continue disponit in melius et sic per novem dierum spaciū inspissando in ea continue agit. Unde materia ex tali actione [*f. d7rb*] rubedinem quandam ac substantiam sanguinis similem tunc acquirit. Deinceps actione caloris precedente materia secundum eius etrogenitatem varie disponitur ossis ut pars una carnis aliqua reliqua nervi et sic de aliis secuncum procreandorum membrorum exigentiam formam recipiat cuius actio in 12 diebus communius terminatur. Demum materia illa successive taliter disponitur ut membrorum omnium ad fetus perfectionem que requiruntur formam recipient quod in 18 dierum spacio fit communiter. Et in isto toto tempore embrionis generatio perficitur et ecce in summa tempora ac modus in quo et quomodo conceptio embrionis generatio ac impregnatio fiat propter quod in versu communiter aiunt. Sex in lacte dies tres sunt in sanguine trini. Bisseni carnem triseni membra figurat vel aliter. Iniectum semen sex primis cerre diebus. Quasi lac reliquis novem fit sanguis ac inde. Solidat duodena dies his novaque demum. Effigiat tempusque sequens producit ad ortum.

Ex quibus omnibus patet qualiter in 45 diebus fetus perfecte completur et tale est formationis eius tempus maximum 35 dierum minimum ut aiunt philosophi atque multu de hac materia tractantes communiter asserunt.

Formato fetu ut Avicenna inquit tempore duplato movetur et duplato postea tempore motus fetus ad ortum venit.¹ Rudis ego ingenii quasi fantasia moti sint nescio nam ex eorum positione primo sequitur quod in 30 aut quadraginta diebus formatus embrio cuius possibilitatem ipsi ponunt vivet nunquam^a primum patet iam ex ipsorum computo in 30° formatus embrio in sexto mense percipue nascitur et ut declaraturus sum talis non vivit. In 40 vero formatus ad ortum in 80° veniet qui pariter nec vivet. Sequitur 2° quod in nono partus fiet raro patet quia talis in 12 precise formatus sic oportet tempora illa ut ipsi volunt duplando continue et verisimilius tam ratione diversitatis materie quam agentis citra tempus illud frequentius [*f. d7va*] embrio formari debet.

Sequitur tertio ultra nonum naturaliter nasci neminem, patet ex quo patet duplato motus tempore naturalis fit partus et non aliter ut hii volunt. Avicenna tamen in sui *De animalibus* 9

¹ Avicenna, *Canon medicinae liber III* fen XXI, tract. II, cap. II (f. s8ra): 'Et apud qosdam [sic] cum supervenit formationi embryonis duplum eius i [sic] quo formatur movetur et supervenit motui duplum eius in quo movetur nascitur ita ut sit spatii quod est a prima inceptione conceptionis usque ad motum triplum lenitas accidit cum motu senius [...]'

^a *nunquam*: ante corr.: *nuncquam*

computationem hanc ponit aliter nam ut sententiam eius summatim colligam.¹ Impregnationis tempus in septem equales partes dividit.

Prima quarum formationi due motui et quatuor alie partui correspondent. Tempus enim motus contra tempus informationis totaliter condistinctum ei duplum fiat verbi gratia. Si in 30 embrio formatus sit eo duplato 60^m continue quo trigesimo formationis addito nonaginta precise habemus qui menses tres constituunt et fetus in hoc tempore moveri incipit. Deinceps duplato motus tempore quod dierum 60 fit seorsum scilicet eum a formationis tempore capiendo dies 100 et 20 eruntque menses quatuor precise sunt et his precedentibus additur fetus ad ortum deveniet. Ex quibus sequitur in 30 formatus in 70^o precise nascitur et pariter de aliis computandum est. Ex his sequitur naturalem aut 10^a aut 11^a^a partum posse fieri sepe. Patet secundum eorum modum computum faciendo. Astrologi moram fetus in utero aliter investigare conati sunt ut expresse Ptolomeus in *Centiloquio* propositione 51 innuit dum^b inquit. Locus lune in nativitate ipsius gradus ascendentis est hora casus spermatis. Et locus lune in hora in qua cecidit sperma est gradus ascendentis in hora nativitatis² et quia tempus inclusum inter ascendentem nativitatis et lune casus spermatis hora et locum lune hora nativitatis variationem quandam recipit tres in utero fetus moras distinctas invenerunt predictis temporibus mensuratos maiorem scilicet medium et minorem. Maior enim ducentorum 88 dierum existit que menses 9 sunt et dies tres. Minor ducentorum 58 dierum existens menses 8 et dies 18 consituunt. Ex his primo sequitur quod scita hora [*ff. d7vb*] casus spermatis in matrice nativitatis hora scitur^c et econtra.

Sequitur secundo quod septimi et octavi et undecimi mensis partus preternaturam existit et per consequens infans vivere non deberet patet ex quo talis partus fit in fluxu super celesti obviante qui ut notum est tanquam universale agens plus incausatum quam particularia agentia influit. Astrorum merito et si precedens dupla forsan vera sit ut Ptolomeus vir tantus affirmat tantum agentis particularis diversitate quam etiam materie fallacem illam inveniri sepe puto posito etiam quod eodem instanti mulier sanguinea ac robusta ex semine valde

¹ Guaineri bedoelt hier de opening van het hoofdstuk 'De generatione spermatis' (Avicenna, *De animalibus* (Venetië: Johannes en Gregorius de Gregoriis, de Forlivio ca. 1500) lib. IX (f. 23r)).

² Ptolemaeus, *Centiloquium* verbum 51 in: idem, *Quadripartitum. Scientia projectionis radiorum stellarum. Centiloquium* (Venetië: Erhard Ratdolt 1484) f. f6vb-h12ra, aldaar f. h1ra: 'Locus lune in nativitate est ipse gradus ascendentis in circulo hora casus spermatis in matricem. Et locus lune hora casus spermatis est gradus ascendens hora nativitatis.' Hoewel deze gedrukte uitgave de drie werken uit de titel toeschrijft aan Claudius Ptolemaeus, werd *Centiloquium* door Ahmad ibn Yusuf en *Scientia projectionis radiorum stellarum* door een onbekend persoon geschreven.

^a 10^a aut 11^a: ante corr.: *io^a aut ii^a*

^b *dum*: ante corr.: *deum*

^c *scitur*: ante corr.: *situm*

potenti concipiat et debilis flegmatica ex debili semine cetera ponendo paria ad nativitatis usque tempus sanguinea citius pariet cum materia in ea obediens sit magis particulare agens fortius et virile ut suppono. Idem preterea nonne natus in octavo et si ut infra patebit supra celestis contrarietur influxus aliquando vivit ut Aristotiles in *De historiis animalium* 2^o.¹ Ex quo bene sequitur quod si precedens regula astrorum merito vera sit ratione particularis agentis ac materie fallax reperire debet sepe.

Sed ista deceptio^a in proposito nobis prodest nihil. Istam igitur dominis astrologis di[mit]tere melius puto. Habetur igitur secundum dominos medicos qualiter et quot diebus fetus in utero formetur et in quot diebus moveatur et tandem in quot ad lucem deveniat.

Habetur quoque secundum astrologos diversitatem more fetus in matrice qui celum suum ad effectum concurrere volentis omnem in fetus formatorem et ab instanti conceptionis ad eius usque ortum aliter et per planetas concurrere nolunt. In formatione vero et si universale dominium Saturno attribuunt secundum variam dispositione materie planetas tam ad talem actionem concurrere affirmant omnem nam ut habitum est in conceptione materia simul adunatur constansque fiat operem et talis operatio Saturno cuius frigiditate et siccitate *[f. d8ra]* materiam coadunare et coadunatis constantem facere ascribitur et hoc tam diu durat donec a calore matricis spermatis calor vivificatus in generationis materiam agere incipiat.

Secunda operatio Iovi cuius est spiritum vivificare hominem ascribitur^b nam Jupiter quasi iuvans pater ethimologiatur tunc enim spiritus gignitus in spermate existens vivificatur ac formandi membra vigorem recipit.

Deinde Mars cuius caliditate et siccitate est virtutem membrorum informativam fortificare materiam illam influit unde tunc tres vesice pro tribus principalibus creandis membris generantur. Et horum trium operatio usque perdurat quo materia pro umbilico ac secundina generationis disponitur qui in sex aut in 7 communiter diebus finitur. Et ad hoc usque tempus a matrice adhuc petit nihil.

Deinceps sol in materiam illam taliter influit ut conceptus iam fetus ad conceptionis locum materiam talem ac tantam attrahere possit quod ad principalium membrorum augmentationem sufficiat et inde animata fieri possit quod in trium dierum spacio finitur et perficitur. Veneri autem operationem quintam ascribunt cuius est liniandi ac exteriora quedam membra formandi virtutem influere et tunc materia secundum eius etrogenitatem ut varia membra inde

¹ De editeur is er niet in geslaagd deze verwijzing naar Aristoteles te traceren.

^a *deceptio*: ante corr.: *deceptatio*

^b *ascribuntur*: ante corr.: *asscribuntur*

fiant disponitur et talis operatio circa dies 9 tota completur. Mercurius deinde oculos aures nares et vocis instrumenta procreandi virtutem influit et tunc caput et in eo contenta creantur sensus organa disponuntur et caput ab humeris separatur etiam omnia in 12 dierum. Luna humiditatum domina postea virtutem talem influit ut ad conceptionis locum humidites tanta trahi possit quod membra omnia formam debitam recipient huius opere fetus perfecte completur quod in his diebus spacio fit communiter. Et hoc est tempus quod ab seminis infusione ad completam usque fetus formam taliter planetis ascribitur ut in diversis astrologorum libris sparsim recollegi. A casu [*f. d8rb*] tamen spermatis in matrice ut dictum est usque quo ad lucem fetus deveniat planetarum influxus aliter a proprietate. Astrologi cuiuslibet productioni rei cuius complementum per menses durat aut est mensis cuique planete unius a Saturno principium facientes dominium attribuunt et si rei illius productio producet diucius a Saturno iterum inchoando ad planetas alios successive transeunt ordinate nisi enim materia ex qua embrio generatur coagulata constaret eius propter fluxibilitatem generatio fieret nulla. Cumque Saturni frigiditate sua ac siccitate talem sit coagulare materiam constantem facere ac naturalem et vegetativam infundere primi mensis dominium eidem attribuimus cum in materia illa hec in mense illo primo fieri noscuntur. Coagulata et coadunata materia a Iove cuius est spiritum vivificare omnes gignitivos spiritus formandi membra vigorem recepit et ab hoc Iovi mensis duobus ascribitur. Tertius vero Marti que tria principalia membra sua caliditate formando caput ab ceteris separat brachia quoque et crura plasmando ea dividit ab inuicem virtute vitali in eis adhuc existente nulla ut physici volverunt plurimi. Hec enim perfectio cordi ab sole in eo influi volunt et sic tunc cor membris ceteris vitam influit ea de causa tunc movetur embrio ac sentit et per hoc soli mensis quartus attribuitur. In quinto autem que in membris exterioribus lineationes veneris virtute perficiuntur quedam ac etiam exteriora membra formantur puta nares os virilia muliebria pedes ac digitorum separatio. Sexti autem mensis Mercurio dominium datur qui sua virtute vocis instrumenta supercilia et oculos fabricans capillos et ungues crescere facit. In septimo autem talis operatio a luna completur qui humiditate sua vacuitates replet omnes et tunc fetus perfecte completus est. Et ex his dominii tanquam ex fundamento quare in octavo mense non vivat [*f. d8va*] causam reddere conati sunt. Supponentes quod planetarum quidem vite secundum ambas qualitates amicantur ut Venus Jupiter etc. Quidam secundum unam tantum ut luna Mars etc. Et quidam secundum ambas vite contrariantur ut Saturnus. Is enim cum in octavo mense ex fundamento prehabito ad dominium revertatur vite secundum ambas qualitates contrarias natum interfiat et per hoc ratione talis influxus octavi mensis non vivit. Si tamen fetus radicaliter fortis virtutis fuerit matre existente robusta teste Philosopho in *De*

historiis animalium 9 ad lucem pervenerit vivet. In Egipto enim inquit mulieres viragines sunt ac robuste hoc sepissime contingit.¹ In nono autem mense Iupiter iterum dominatur qui secundum qualitates ambas amicus vite fetum vivificat eius atque principia vite fovendo vitalem virtutem adauget propter quod partus ille supercelestis influxus merito naturalissimus existit. Mars vero vite secundum qualitatem unam amicus in mense decimo preest et sic in eo ob hoc natum vivere contingit interdum. Sol in 11^o regnans vitam nato prestat et sic in eo natus vivit ut plurimum quod si in 12^o mense fetum nasci possibile sit forsan hoc ab autoribus contigisse tamen reperi nunquam sed si sic esset supercelestis influxus ratione viveret et tunc Venus amica vite dominium resumpserit. De septimo autem mense in qua partus fit notabiliter det quod luna vite ratione humiditatis ac luminis^a quod a sole recipit amicatur. nam per hoc fructus maturat Creticorum 3^o. Et ob hanc causam plenilunii noctes calidorum existunt Methaurorum 2^o. Cum ergo fetus ut habitum est in septimo perfectus sit sibi luna propter assignatas causas non inimicante ad ortum si venerit vivet et hanc ob causam partum illum naturalem fore compertum est. Avicenna autem et alii ut medici loquentes de his talem rationem sensualem assignant.² Nam ut statim ditum est fetus in septimo perfecte completus est et tunc [*f. d8vb*] aures seu nutrimenti defectu exitum petit quod si in radice fortis fuerit nascitur et vivit. Si autem virtutis impotentia aut cotilidonum resistentia nasci non possit maxime debilitatur quare si eum in octavo nasci contingit ei veluti que laborem secundum aggreditur a primo nondum relevatus accidit etiam sic tan[t]um in secundo illo motu debilitatur a fatiga prima relevatus nondum ut natus vivere non possit. Ex ratione eadem in quarto non posse vivere natum argueres. Patet ergo secundum medicos quare in octavo natus non vivat. In septimo vero sic quod si hanc cum astrologorum ratione convixeris quesiti perfecti causam habebis. Et per hoc huic capitulo finem impono.

Capitulum 31^m. De signis impregnationis masculinitatis^b causis et signis geminorum et de superimpregnationis causa.

[Q]ualiter conceptio embrionis generatio fiat in capitulo precedenti tibi satis declarasse puto nunc autem mulierem pregnantem per propria signa cognoscas. Oportet quorum quedam viri

¹ Mogelijk verwijst Guaineri hier naar Aristoteles, *Historia animalium* f. 12r (lib. VII): [...] foetus qui maturius quam septimo mense prodeat: nullo pacto vitalis est, qui septimo vitalis quidem hic primus exit: sed magna ex parte infirmior [...] in terra Aegypto possunt: et quibusdam aliis locis: ubi mulieres fertiliores sunt, multosque simul facile et ferunt et pariunt etiam si monstrosi sint: et sed locis Greciae multi intereunt [...].'

² De editeur is er niet in geslaagd deze verwijzing naar Avicenna te traceren.

^a *luminis*: ante corr.: *Inminis*

^b *masculinitatis*: ante corr.: *masculinitatatis*

quedam mulieris ex parte se tenent. Dum ergo vir sperma ambo simul emitti ac sugi virgam presenserit eamque siccum et mundam abstrahit mulierem concepisse tunc signum est. Mulier autem sperma si simul convenisse percipiat in cuius actu delectationem consecuta est grandem ac matricis collum succionis propter aviditatem siccum manserit sic quod spermatis egressum sit nihil et accidit mulieri pigritia et tarditas ad somnum os quoque corrugari ac cum quedam delectatione constringi percipiat parvum atque dolorem quendam inter umbilicum et femur propter matricem que se tunc super sperma recolligitur presentiat^a hac huius ex causa parvulus quidem horror tunc ipsam deprehendat mulierem hanc concepisse dubites hanc quamquam et hec coeundi experie actus se tetent. In processu vero mulier coitum abhorret vel ut verius coitum tam avide seu ardenter ut prius non appetit [f. e1ra] quod si coeat parvulus quidem dolor eam sub umbilico deprehendit nec sperma tunc emitit cum quo nauseat interdum. Menstrua solito tempore non effluant cuius ex causa vertigo^b scothomia ac oculorum tenebrositas eam invadit sepe pulsus ac cordis tremor. Nausea abhominatio ac per sepe malarum materierum ad stomachum defluentium vomitus. Post vero mensem appetitus corruptus eam deprehendit sepissime earum color ut plurimum mutatur panni et alie cutis infectionis super facient ac in aliis partibus corporis non nunquam innascuntur mollificantur palpebre profundantur oculi minorantur pupille ac coniunctiva augmentatur propter quod earum conspectus tum ferox fit sepe et quod a me visum est sepe ex impregnatione dorsi et ancharum dolores sedantur interdum cumque parit redeunt. Ad quartum usque mensem cum fetus notabili cibo non egeat accidentia talia ut plurimum fixa manent et ad partum usque deinde minorando procedunt.

Ypocrates^c vero autoresque alii plurimi per experimenta pregnantem mulierem cognoscere nos edocent.¹ Et primum quidem Avicenna indubitatum asserit ut mellis ȝ 2 cum tantumdem pluvialis aque mulier non assueta in potu cibata cum it dormitum sumat ea enim si pregnans sit tortionem in ventrem sentiet cum punctione alias minime et huius ratio nam matrix plena fetu intestina compressa tenet cuius causa ventositas ex aqua illa genita detinetur et in ventrem^d tortionem cum punctione causat.²

¹ Hippocrates, *Aphorismi* V.40 (f. e8ra): 'Mulierem si vis scire si concepit mellicratum quando dormitura est da ei bibere: et si quidem tortiones habuerit circa ventrem concepit, si vero non minime.'

² Avicenna, *Canon medicinae liber III* fen XXI, tract. I, cap. IX (f. t1vb): 'Et quandoque cognoscitur dispositio impregnationes per experimenta de quibus est ut in potu dentur de aqua mellis in hora dormiendo due ȝ cum tanto pondere aqua pluvialis permixta et videat an punctionem sentiat an non.'

^a *presentiat*: ante corr.: *presenseat*

^b *vertigo*: ante corr.: *vartigo*

^c *Ypocrates*: ante corr.: *Ypcras*

^d *ventrem*: ante corr.: *ventre*

Secundum mulier ieuna pannis bene tegatur sic ut aromatum odor ad nares pervenire nequeant deinde per embotum suffumigetur quod si odorem senserit pregnans nequaquam erit.¹ De allei quoque suppositione ac aristologie pulveris cum melle mixtus iudicium idem fit nam si illorum sapor in ore sentitur pregnans minime erit. Experimentum aliud tam ad impregnationem quam ad masculinitatem^a cognoscendam^b. Urina mulieris in vase [*f. e1rb*] bene mundo recollige quod obturatum taliter ne spiret in umbra reconde per tres dies naturales deinde eam per petiam lini mundissimam cola quod si in ea animalia velut pediculi inventa sint mulierem pregnantem esse scito et ubi ea rubea fuerint masculum alba vero feminam denunciant. Aliud R unam acum tarsam et politam et pone in urinam mulieris etc. noc est in uno pelvi enea et mane vide si est pregnans acus est maculata maculis sub rubeis si vero non est pregnans acus facta est nigra et eruginosa.² De pregnantium urinis aliorum dicta referam esto per eas superimpregnationem nisi inscripta signa bene tibi notanda sunt. Primum menstruis propriis ordinate fluentibus impregnatio vera fit mola non nunquam. Secundum ante mensem^c tertium in mola sepissime manifestus motus in matrice sentitur. In vera impregnatione nequaquam. 3^m in mola velocius venter ingrossatur immo in non perceptibili fere tempore ut in duabus hoc anno vidi que in uno quasi tempore passe in mense 6 ambe exhonerate sunt. 4^m aliter fetus su[o] convenienti tempore movetur quam mola. Ipse enim de later in latus motum facit sepissime mola vero sine compressione seu mulieris motu raro. Quintum quandocunque impressio violenta in mola cum manu fit movetur et amota manu locum ad pristinum redit fetus autem quandoque ex compressione tali movetur quandoque vero minime. Sextum durior venter et tractabilis minus in mola quam impregnante exsistit semper. Septimum pregnans quam molata movetur agilius multo. Octavum in mola esto venter tumens fiat mamille non tamen semper molescunt enim ac gratiliantur cuius oppositum impregnante contingit^d. Nonum maxille manus atque pedes molles inconvenienter in molata fiunt impregnante nequaquam. Decimum pregnans mensem 11 non pertransit molata vero ad quartum usque ad annum et ultra sepe venit [*f. e1va*] equivoce argui possit nihil. Trovantuli tamen in istis partibus ex urinis impregnationem non modo cognoscere affirmant se verum et

¹ Hippocrates, *Aphorismi* V.59 (f. e9vb): 'Mulier si non conceperit: velis autem scire si concipiet contegens vestimentis suffumiga dorsum: et si quidem transire videatur odor per corpus ad os et nares cognosce: quondam ea non propter se non generat.'

² Cf. Forbes, 'Early pregnancy and fertility tests', 20-1.

^a *masculinitatem*: ante corr.: *masculeitatem*

^b *cognoscendam*: ante corr.: *congnoscendam*

^c *mensem*: ante corr.: *mesem*

^d *contingit*: ante corr.: *cotingit*

si mulier conceperat unquam ac natorum numerum maritum alium an habuerit pater atque
 mater vivat ne et plurima talia propter quod homines taliter infamant ut a remotissimis
 partibus non credenda ad eos copia continue confluat. Sed his missis trovantulis ad^a
 propositum redeundo ego ipse nihil ex urina super impregnationem posse concludi certe
 quicquam persuadere volui nunquam. Primo non ratione contenti per ipsum enim super
 membrorum^b dispositionem ob hoc iudicamus quia superfluitates a membrorum nutrimento
 resecate per venas ad epar refluunt et ad renes cum sanguinis aquositate pervenientis in vesica
 urine commiscentur et sic olim physicorum solers ingenium ex hoc super membrorum
 dispositionem arguit. Fetus enim ad extra venas ad mulieris epar contenta mandabitur. Scis
 etenim quod in pleuresi atque egritudinibus que ad extra venas sunt iudicari quamquam certi
 non potest unde vicibus aliquod in substantiam colore ac contentis urinam in pleuresi ipsam
 laudabilem conspexi et tamen bonus homo ad mortem velociter tendebat. Si ergo con[t]enti
 ratione indicari de impregnatione certi potest nihil quomodo ex colore aut substanti[a] illud
 facias. Mala preterea in stomaco [epate] renibus alio ne mulieris in membro principalis seu
 nobili existens dispositio in colore substantia ac contento urinam ut patet multimode variat.
 Cumque a talibus dispositionibus mulier raro inmunis sit esto ad hoc de urinis pregnantium
 per autores dicta vera sint iudicium tuum ea pervertet ac fallax efficietur. Verum quia mulier
 impregnata obesse primo divertitur multum ac in eius corpore varie dispositiones ex
 impregnatione nascuntur quarum ratione mutatur etiam urina. Antiqui equivocantur tamen
 superimpregnationem eam quicquam significare volverunt. Et *[f. eIvb]* per hoc Avicenna
 impregnationis in principio eam citrinam fore ac ad albedinem declinantem quandam ait in
 cuius medium cotum quasi carminatum residet. Urina quoque pure substantie quia subtilis
 super cuius superficie velud nubes quedam permanet impregnationem significare etiam asserit
 et maxime si ascendentia in ea athomosa corpuscula quedam pererraverint. Refert et item
 quod urinali moto urina si turbatur impregnationis finem denotat. Si vero non principium et
 quia in fine rubedo ubi in principio subalbedo erat apparent.¹ Alii dicunt quod urine
 pregnantium tribus primis mensibus sanguinea existens in se quasi minutis quasdam
 nebulosas et albam ypostasim continet. In quarta vero et ultra mensem ad cereum et viridem

¹ Avicenna, *Canonis medicinae liber III* fen XXI, tract. I, cap. XI (f. t2va-b): 'Et urina quidem pregnantis in principio pregnationis est citrina ad subalbedinem declivis quandam sit coitum in eius medio sparsum. Et significat pregnationem urina pure substantie super quam est quod est simile nubibus. Et proprie quoniam in ea sunt sicut genera ascendentia et descendenter. In fine autem impregnationis quinque appetit in urinalibus carum rubedo in loco in quo apparuit in principio impregnationis subalbedo.'

^a *ad:* ante corr.: *od*

^b *membrorum:* ante corr.: *mebrorum*

colorem tendit et ypostatis in primis que alba erat paulatim tempore concedente linet ac gradati ingrossatur magis reddere rationem predictorum cum equivocantia illa sint signa nos plurima decipientia hoc in loco supersedeo. Nam ex eisdem super artheticam ut patet alias atque super egritudines plurimas significare potest. Si tamen urina sic circumstantionata cum predictis signis affuerit de impregnatione tunc iudicabis certius. Pregnantis pulsus in principio fortis ac magnus erit ut Constantinus innuere videtur.¹ Sed versus finem parvus velox atque spissus reperitur ut ex Philareti dictis elicitor² verum esto adhuc de impregnatione certissimus sis nisi peccantem masculum aut feminam concepisse certifies feceris nihil et tu verax in hoc sis viri dispositio tibi primo consideranda est deinceps vero mulieris. Vir enim habitudinis bone robusti compositionis amplarum venarum testium magnorum cuius dexter ab adolescentia usque maior fuerit continue ac qui multi et calidi semenis existit ardenter ad venerem incitantis quod aqua positum rotundatur fundum atque petit et etiam qui in adolescentia festine polluerit cum^a quo ex coitu debilitatur nunquam masculinabit [f. e2ra] is ex se semper. Et eo certus si in actu coitus testem sinistram strictam stricte ligatum teneat dextrum vero solutum sic ut ab eo solum sperma decidatur.

Femina vero que bone fuerit habitudinis venarum apparentium et gaudentis aspectus. Cuius menstrua digesta sint et non cruda que mense in quolibet ordinate perfluunt et a quibus in quarta purificata manet ea ex se masculinans semper erit. Et sic ex dictis tam mulierem quam masculinantem ex se virum cognosces unde talis consideratio ut mulierem ex masculo seu feminam pregnantem esse scias cum describendis statim signis perutilis tibi erit valde. Attende ergo quod mulier impregnata masculo colorata magis ac mediocris faciei semper erit leta quoque agilis levis et appetitus sanioris cum quo pregnantium accentia in ea maiora erunt valde quod si stans seorsum vocetur dextrum pedem movet oculos quoque dexter letus magis ac motus facilioris existit eius venter rotundatur et cum mamille crescere incipiunt dextra semper augetur plus cuius papilla bene colorata est et ab ea lac effluet. Primo quod si super speculum aut politum corpus aliquod soli expositum mulgeatur in granulis margaritis aut argento vivo similibus rotundatur et si super aquam aut urinam propriam mulctum fuerit perpendiculariter fundum petit pondus ac gravedo in dextro latere sentitur plus in quo etiam fetus plurimum movet se. Pulsus autem mulieris dextri plenus magis sinistro sentitur. Urina vero ut predictum est impregnationem tibi demonstraverit ex illa masculum arguas cuius

¹ De editeur is er niet in geslaagd deze verwijzing naar Constantinus Africanus te traceren.

² De editeur is er niet in geslaagd deze verwijzing naar Philaretus te traceren.

^a *cum*: ante corr.: *um*

fundo athomose ille resolutiones residebunt que modicum post temporis coagulantur et congregantur nam in quo calor dominatur suo in nube ubi situatione et talis congregatio potentiam caloris ac vigorem arguit qui impregnata masculo viget maxime. Omnia istorum mulier si filiam conceperit oppositum erit. De geminorum signis [*f. e2rb*] certi quicquam haberi non potest verum si plures nascituri fetus amplius fuerint sive ex uno partu sive ex pluribus secundum doctrinam Avicenna 21 tertii de causis geminorum ac etiam Bibikil capitulo de conceptu cognoscetur si nati venam umbilicalem^a conspexeris quot enim ruge seu nodi in ea fuerunt tot iterum fetus mulier concipiet et si nulla nullum quod si rugarum una ab alia distans multum fuerit inter illos fetus nascitus tempus longum erit et si propinquum breve.¹ Item ruge nigre seu rubee masculos et albe feminas significant. Et omnia hoc fore vera ego tempore experientia comprobavi. Gemini tamen et plures superimpregnationem gigni possunt nam mulier robusta reperitur sepe que esto impregnata fit ad menses usque aliquot sine nocturno ordinate menstruat et in tali superimpregnatio fit facile que usque ad tempus maturationis fetum defert sepe reperitur. Et mulier debilis cuius matrix propter aviditatem maximam attrahendi virile sperma in actu coitus aperitur et in hac quoque superimpregnationem fieri est possibile ad maturationis tamen tempus fetus talis provenit nunquam. Et hec de signis impregnationis et masculinantis quoque geminarum causis et signis et consequenter de superimpregnationis causa.

Capitulum trigesimum secundum. De causis mole significationibus ac cura.

[P]regnans mulier in contiguo capitulo cognoscenda qualiter sit te per plurima signa do[ci]ui quorum ex his super aliam mulieris propriam egreditur quam molam appellamus equivocant aliqua ut talem ergo equivocationem evitare scias de mola ipsa dictio fait oportet que sumpta proprie aliud est nihil que impregnatio mendosa que si ad partus unquam veniat carnis informis frustuli parturitio sit. Unde is terminus^b mola a *molon* Grece quod Latine rotundum sonat^c originem forsan traxit cum carnis illud frustum ad rotunditatem declinat quandam verius tamen ab lingua [*f. e2va*] Persica illud nomen derivatum puto nam *mollis* Persice ut in quibusdam antiquis synonymis inveni idem Latine quod informis carnis frustuli

¹ Avicenna, *Canon medicinae liber III* f. 21, tract. II, cap. XVII (f. 21v): 'Et de signis quidem geminorum et qui supra sunt secundum quod dixerunt est expertum est: est ut consideretur umbilicus nati primi continuus cum fetu. Tunc si non fuerit in ipso ruge neque nodus non erit post natum primum filius. Et si fuerint in ipso ruge tunc pregnatio erit secundum numerorum rugarum.' De editeur is er niet in geslaagd de auteur Bibikil met zekerheid te identificeren. Waarschijnlijk verwijst Guaineri naar diens *Parvus continens*.

^a *umbilicalem*: ante corr.: *umblicalem*

^b *terminus*: ante corr.: *termius*

^c *sonat*: ante corr.: *sanat*

parturitio sonat.¹ Sed missa nominis derivatione ad eius causas devenio. Mola enim ex plurimo sanguine menstruo mediante matricis caliditate non nunquam generatur nam menstruus ille sanguis ex actione superflue matricis caliditatis interdum condensatur et carnis formam recipit ex qua tunc impregnatio mendosa sit quam ut patebit vere impregnationis accidentia sequuntur plurima et talis dispositio mala proprie nuncupatur. Fit et aliter non nulle enim mulieris in spermate abundant plurimo in quibus sine concursu virilis seminis in actu coitus proprium sperma ad matricem trahitur quod menstruali ibidem reperte materie commiscetur super quam matrix tunc colligitur et caliditate in eam agit propter quod condensatur et carnis formam recipit a matrice quoque occasio natum virile sperma amplexum interdum materie menstruali commiscetur in quam non virtute informativa quia ea tunc caret sed caliditate elementari potius agit ex cuius actione materia condensata formam recipiat et mola inde generatur. Insuper propter virilis seminis debilitatem aut menstrui rebellitatem seu utriusque impotentiam in humana specie monstrata generantur sepe. Facit [en]im natura de possibilibus semper quod [melius est] nonne etiam constellationis ac dispo[sitionis materie cum] fetu simul frustrum carnis seu a[liud qu]oddam in Apulia² generari ab incolis narratum mihi fit ut bufo vel consimile aliud nam tunc verile^a semen in purioremenstrui partem agens in eam formam humanam inducit et sui in superfluam materie corrupte actionem continuans perfectiorum qua potest forma eam informat. Et hoc modo ex materia illa ad recipiendum humanam formam indisposita cum fetu bufo aut consimile venenosum quoddam animal generatur cuius venositate fetus ipse in matrice inficitur sepe ac moritur. Frequentius tamen cum fetu ipso nascitur simul in cuius exitu ipsum momor[f. e2vb]det interdum ex quo venenoso morsu infelix fetus moritur statim. Ex debilitate insuper caliditatis spermatis ac matricis plerumque accidit ut materia illa menstrualis retenta non condensetur^b sed propter subtiliationem in aquositudinem ac ventum convertatur potius quare maiorem quam antea tunc locum occupans tumescere ventrem facit et dispositioni hanc matricis molam consimiliter appellare consuevimus esto improprie tamen cum in fine proprie dicte mole informis carnis frustuli si parturitio fiat ut dictum est consequatur. Ex quibus omnibus tam proprie quam improprie mole causa patet. Amodo signa ponenda sunt et ea primo in quibus cum vera impregnatione equivocat nam menstrua retinentur augmentatur venter motus in ea fit mamille crescent vertigo scothomia oculorum tenebrositas pulsus et tremor cordis nausea abhominatio

¹ Cf. de opmerking over Guaineri's voorliefde voor etymologie p. 9 noot 2.

² Apulië is een regio ten noordwesten van en inclusief de hak van het Apennijns Schiereiland, het huidige Italië.

^a *verile*: ante corr.: *virile*

^b *condensetur*: ante corr.: *condeusetur*

materierum malarum vomitus et appetitus^a corruptio sepe accidit. In colere molate mutantur panni ac alii cutius infectiones eis innascuntur plerumque mollificantur palpebre oculi profundantur pupille minorantur et coniunctiva augmentatur ferox earum aliquando aspectus fit. Experimenta preterea ad impregnationem veram cognoscenda enarrata superius super molam quam super eam significant non minus et pariter de pulsu ac urina fit. Quid mirum ergo si in tot signorum^b equivocatione medici decipientur plurimi et ex sapientioribus quidam ea de causa distiguentia infrascripa signa bene tibi notanda sunt. Primum menstruis propriis ordinate fluentibus impregnatio vera fit mola non nunquam.

Secundum ante mensem tertium in mola sepissime manifestus motus in matrice sentitur. In vera impregnatione nequaquam.

Tertium in mola velocius venter ingrossatur immo in non perceptibili fere tempore ut in duabus hoc anno vidi que in uno quasi tempore pasce^c in mense 6 ambe exhortate sunt.

Quartum aliter fetus [f. e3ra] suo convenienti tempore movetur quam mola. Ipse enim de latere in latus motum facit sepissime mola vero sine compressione seu mulieris motu raro.

Quintum quandocunque impressi violenta in mola cum manu fit movetur et amota manu locum ad pristinum redit fetus autem quandoque ex compressione tali movetur quandoque vero minime.

Sextum durior venter et tractabilis minus in mola quam in pregnante existit semper. Septimum pregnans quam molata movetur agilius multo. Octavum in mola esto venter tumens fiat mamille non tamen semper molescunt enim ac gratiliantur cuius oppositum in pregnante contingit.

Nonum maxille manus atque pedes molles is convenienter in molata fuerit in pregnante nequaquam.

Decimum pregnans mensem 11 non pertransit molata vero ad quartum usque annum et ultra sepe venit.

Signa ista omnia proprie et non proprie mole communia sunt tamen secundum magis et minus convenient nam improprie dicta mola gravedo maior et durities quam in aliis existit. Et tam in aquosa quoque quam in ventosa esto tumor. In ventosa tamen maior sit. Item ventosa mola subito recedit interdum et deinde redit quandoque etiam in una aliquando in alia matricis parte sentitur et cum dolore quippe sepe magno.

Carnosa autem et humoralis in eodem semper loco permanet illa cum rugitu et hec cum

^a *appetitus*: ante corr.: *apppetitus*

^b *signorum*: ante corr.: *siguorum*

^c *pasce*: ante corr.: *passe*

quiete. Et quia matricis molam ydropem nonnulli veterum appellant ut hec duo distincte cognoscas. Nota quod ad certum usque tempus ventris duricies in vera mola quam in ydrope existit maior in ventosa tamen et aquosa minor. Verum inter tympanitem et ventosam magis est convenientia sed in tympanite venter resonat magis nam ventositas in mola reclusa magis et stricta incus manet. In ydrope preterea pedes inflantur in mola rarissime immo minorantur ut plurimum. Ex quibus omnibus inter pregnationem veram et molam ac inter carnosas molam [*f. e3rb*] humoralem ac ventosam et inter molam absolute et ydropem distinguentia signa patent. Pronostica omnis mola tam brevis quam longi temporis curam recipit difficulter plurimi preterea medicorum super eam impregnantem veram tot equivocantia signa verum aborsum timentes partus naturalis tempus expectant. Ea de causa que in principio forsan curam recepisse facile tunc cum difficultate maxima curatur et inter molas carnosas curatur difficilius humorosa postea et ventosa deinceps. Ex quibus omnibus primo patet quod quo suo principio appropinquat magis paria ubi sint cetera difficultate curatur cum minori. Patet 2^o quod si inter istas distinguentia signa bene notaveris quam in eis pronosticare habeas scias facile verum carnosa ad partum usque si venerit maximis cum angustiis ac doloribus illud fiet et intensioribus quidem multo quam in aliarum aliqua.

Nunc ad curam transeundo in propria mola sex rerum non naturalium regimen calidum et humidum ordinandum tibi est deinde^a ubi flebothomia opus sit de zaphenis fienda est. Materiei vero digestio et ipsius evacuatio prout in capitulo de menstruorum retentione flegmaticice humiditatis provenientis supra te docui. His ordinate et secundum exigentiam peractis ad localia venienda plurimos per dies eucatismata seu balneum tale sero et mane stomaco vacuo fienda est quod R bismalve cum radicibus M 6 malve brance ursine paritarie camomille melliloti ana M 2 fenugreci seminis lini ana ℥ 2 conquassentur et decoctione facta in ea mulier eucatismetur seu balneetur. Sacculum ex rebus illis super femur tenendo continue cum egressa fuerit ante et retro ex tali unguento statim inungatur quod R olei amigdalarum dulcium ȝ 1½ olei de lilio pinguendis galline mucillaginis seminis lini et fenugreci ana ȝ ½ cere albe parum et fiat unguentum uncto facta bolum unum confectionis infrascripte sumat [*f. e3va*] R cinamomi ȝ 2 cassie lingee et aristologie longe corticis cassie fistule ana ȝ 1½ assari lacce seminis ruta silvestris fructus savine croci ana ȝ ½ zucri ℥ ½ dissolvatur zucrum cum succo roris marini residentia facta et confectionem in morsellis confice cuius bolus unus detur vini infusionis assari post bibendo parum vel facias sic R vitellum unius ovi recentis aut duos quos bene agita cui postea adde parum boni vini subtilis et de pulvere cum quo confectio

^a *deinde*: ante corr.: *deide*

predicta prescripta fit parum addendo zucri et totum una bulitione buliat quod calidum exeunti ab euchatistmate mulieri tribue in potu prevaleret tamen hoc casu si ex infrascriptis pillulis ana ȝ 1 usque ad 2 loco confectionis mulier assumat post vinum ut supra bibendo nam propter amaritudinem pulverem in pillularum torina transglutientur melius. Accipe ergo nigelle aristologie ro.^a diptani seminis nasturicii agrestis fructus savine serapini^b seminis ruti armoniaci rubee tinctorum mirre castorei ana ȝ 1 cum succo silvestris raffani pillulas confici vel huius succi seu roris marini rute aut politrici ȝ 2 pillulis loco tribue. His factis nascale illud quod continue deferat imponat Rx aspalti borraginis castorei centaurie maioris diptani ellebori albe galbani gentiane apoponacis^c savine serapini^d scamonee ana ȝ ½ pulvis ex his fiat vel saltim cum succo porri omnia insimul malaxanter et cum petia rara appensum coxe nascale fiat et idem cum croco succo porri aut lana succida fieri potest quod est in casu illo mirabile. Valet et cum ungula asini seu equi suffumigatio ac cum rebus prescripti nascalis conquassatur ad hoc propositum facientia^e supra in curatione retentionis menstruorum sed paucula que dicta sunt in cura mole a proprietate convenient magis nam si prescripta diligenter observata sint rebellis mola illa erit que curationem non recipiat immo curabitur per alium phisicum nunquam. [f. e3vb] Ex hec cura tam humoralis quam carnose mole convenient. In ventosa autem ad calidum et siccum rerum sex non naturalium regimen declinet. Facias purgationem quoque et flebothomiam ubi opus sit secundum humorum exigentiam facito. Demum eucatisma seu balneum ut supra fiat pro quo tamen calamentum pullegium folia lauri absintium siccum anisum maratrum ciminum et similia ventositatem carminantia adiunge et saccum prescriptum impetum rebus dum in balneo seu eucatistmate sedet super femur teneat continue. Egrediente vero infrascripte confectionis cum vino subtili optimo infusionis assari bolum unum dabis Rx specierum dyacurcum specierum dyacimini ana ȝ 3 zucri albi ȝ ½ zucrum cum succo ruthe facta residentia dissolvendum^f tibi erit et confectionem inde per bolos facito vel fac sic. Accipe persicorum nucleos 20 numero quos bene pista cum quibus vitellum ovi recentis aut duos bene agitatos pone de pulvere galange cinamomi piperis longi zinzibri gariofili croci et nucis muscate addendo pro libito zucrum quoque et boni vini quantum vis totum sic mixtum una bulitione sic bulat quod calidum

^a aristologie ro.: verschillende lezingen mogelijk (zie opmerkingen in deel I, hst. IV onder orthografie).

^b serapini: ante corr: rapini

^c apoponacis: ante corr.: apopomacis

^d serapini: ante corr: rapini

^e facientia: ante corr.: fientia

^f dissolvendum: ante corr.: dissolvandum

mulier in potu sumat quia in hoc casu nihil supra. Venter autem totus ex carminantibus^a ventositatem inungendus est. Et de competentibus olim de lilio compositum est in hoc casu primum. Saccellationes ex milio et sale torrefacto qua maxime valent ac nascalia prescripta et quod supremum est ex laudano et mirra gallie muscate et euforbio suffumigatio per embotum fiat. Cum his ergo deo duce mola omnis curabitur modo curam recipere possit et per hoc cure eius hic finem impono.

Capitulum 33^m. De causis et signis aborsis et de preservatione ab eo et de pregnantis regime.

[C]ausas impregnationem difficultates te ex prescriptis scire feci omnes ac qualiter amovende [f. e4ra] sint impregnatam et etiam mulierem per propria signa cognoscas et illud non modo sed veram ab impregnatione mendosa^b cernere didicisti. Restat ergo ut aborsum prohibeas alias scias te fecisse nihil. Illud ergo quomodo fieri debeat impresentarum deo adiutore describam. Aborsus itaque tam intrinsecam quam extrinsecam causam habere potest. Intrinseca vero bipertitur nam una fetus et alia matricis ex parte se tenet ex parte quidem fetus nam cotilidones quibus ipse matrici alligatur quandoque interiori propter penuriam seu indispositionem aut virilis seminis impotentiam debiles procreantur et sic non firmiter ligati obrumpuntur facile aborsus inde fit. Panniculi quoque quibus involvitur causis ex premissis in radice debiles cum fuerint levi^c ex quadam causa corrumpuntur ex in eis contenta humiditas fluit propter quod matrix debilitatur ac lubrica fit et aborsus consequitur. Pluribus quoque ex causis in matrice fetus interimitur^d a quo humiditates virulente cum egrediuntur matricis expulsivam virtutem stimulant et aborsum faciunt. Ex parte vero matricis aborsus ratione causarum intrinsecarum fit cum mulier ipsa extenuata sit multum seu quovis modo alio debilis. Eo enim tali impregnata in statu genitus fetus materiam sibi tam pro augmentatione quam generandis membro requisitam non habens aborsum facit. Oris quoque matricis amplitudo humiditas nimia et aliarum qualitatum immoderata discrasia ventositas ulcus apostema ac matricis egritudines^e cetere aborsum efficere possunt plurime et etiam egritudines impregnate mulieri superveniunt que eam abortiri faciunt ut fluxus sanguinis nimius undecumque emanat ac ventris fluxus immoderatus tenasmon tussis sternutatio^f assidua et universaliter passio omnis que in corpore motionem laboriosam ac fortē efficiat ac egritudo acuta quelibet seu

^a *carminantibus*: ante corr.: *carmiantibus*

^b *mendosa*: ante corr.: *mendesa*

^c *levi*: ante corr.: *leni*

^d *interimitur*: ante corr.: *interiuntur*

^e *egritudines*: ante corr.: *egritudies*

^f *sternutatio*: ante corr.: *stermitatio*

cronica que in muliere superfluam extenuationem inducit propter enim nutrimenti defectum fit
[f. e4rb] aborsus necessario.

Extrinsica vero causa aborsum faciens est velud casus percussio etc. talium. Sex et iterum rerum non naturalium inconveniens approximatio ut aer ab equalitate egressus ut in caliditate aut frigiditate nam frigiditas excedens fetus mortificat. Nimia autem caliditas frigido aere eventationis causam fetus indigetur facit quod exitum petit atque aborsus inde fit et hoc in meridionalibus regionibus^a sepe accidit. Horribilis seu fetens preterea odor sepe aborsum provocat unde si equa extinctam candelam olfecerit aborciet et mulieres quedam Aristotei *De partibus animalium* quinto.¹ Cibi quoque et potus humores cum inconvenientes generant illud efficiunt frequenter ac inanitio esurientem fetus reddens ac repletio nimia modis plurimis suffocando maxime ac vias opilando. In moderatum exercitium et super^b uno pede saltus et retro precipue. Quies autem longa quia scilicet sopiturque debilitatur propter quod superflue humiditates inde generantur hoc efficit sepe ac sopitus et vigilia utraque magis modo facta. Accidentia vero anime immoderata ut ira grandis ingens timor assidua tristitia in provisum gaudium superfluos coitus et rerum quas habere nequeunt desiderium idem facit sepissime et hoc in summa aborsus cause sunt que est aliud nihil quam immaturi fetus perturio. Ex quo sequitur quod in aborsu demonstrativa signa nulla pronostica vero omnia unde ante impregnationem non nulla et aliqua post habentur. Ante vero impregnationem aborsus signa sunt mulier si ex eis sit que eius propter nimiam piguedinem aut humiditatem superfluam sibi naturalem siccitatem abortire consueverit seu que renes aut dorsum debile naturaliter seu ex accidenti habeat vel que ex egritudine aliqua aut anime accidentibus seu quocumque aliter preternaturam extenuata sit nimium que omnia ex pregnantis relatu manifesta tibi fient facile. Postquam vero [f. e4va] mulier pregnans facta est ut aborsum per signa cognoscas prenarrare egreditudes attendende tibi sunt per propria signa cognosces hec enim si perseverantia^c fuerint accidentia earum malicia seu nutrimenti subtractione pauperculum fetus interficiunt aut vivum abortiri faciunt. Ex quo patet qualiter vivi aut mortui egreditudes tales fetus aborsum denuntiant de quo certissimus esto si iam aucte et indurate mamille detumescant mollesque fiant. Immites et sine misericordia dolores pregnantem si rapiant si rigor aut orripilatio eam interdum deprehendat doleatque caput et oculorum radices maxime quod si talia remissa satis^d

¹ De editeur is er niet in geslaagd deze verwijzing naar Aristoteles te traceren.

^a *regionibus*: ante corr.: *regioninibus*

^b *super*: ante corr.: *snper*

^c *perseverantia*: ante corr.: *perseverentia*

^d *satis*: ante corr.: *sait*

fuerint aliquantulum tardiusculus abensus erit si intensa valde cum quo menstrua copiose opruptae sint illoco venturum eum scito. Nota tamen quod ex immoderata mamillarum indurationem et preter pregnantis nature cursum augmentate super futurum aborsum arguere quoque potes ut nonnulli interpretes aiunt voluerunt nam ex eo fetus debilitatem arguunt qui nutrimentum solito more immutare non valet unde ad mamillas decurrens eas preternaturam auget et sic fetus debilitatem arguunt et aborsum futurum ex consequenti at fetus in utero mortuum cognosces quia eius motus non percipitur amplius mulieris profundant oculi fusca eorum albedo fit circa umbilicum dolor crudelissimus ad pectinem causatur et cum ab fetu ipso mortuo inferiores partes comprimantur stranguria ac tenasmon accidit sepe riget et interdum aures ac nasi extremitas labia denigrantur tumescit facies et ventur esto non detumescat molle fit tamen quod si ventrem super latus pregnans dum iacet cum manu prexeris rem duram de latere in latus que movetur percipies a quo sumen quod ante calidum erat frigidum invenies et si fetus putrefactus sit ei anhelitus olet multum cum quo diebus quatuor aut ultra de^a partu [*If. e4vb*] mulier laboravit certior multo fieres prescriptis attentis maxime habes ergo in summa aborsus et mortui fetus causas et signa et sic tua deinceps his debitibus adhibere regimen interest. Circa quod intentio habetur duplex. Prima pro posse ne aborsus fiat ut prohibeas et hec in se pregnantis conservationem continebit. Secunda ubi de matris morte propter quamvis causam timor esset sic ut aborsus propter hoc provocandus^b foret aut propter fetus mortuum cum quibus et quomodo illud fieri habeat ut scias. Prima itaque presens capitulum continebit. Secundam^c vero ad sequens reservabo. Ut igitur ad [ac]tum practicum te deducam in muliere. [Primo que] ex premissis causis abortire consuevit facile ante impregnationem taliter allaborandum est ut eas ob causas impregnata amplius non abhorciet. Secundo ut ea impregnata aborsum ne faciat preservetur. Quantum ad primum mulier que propter extenuationem debilitatem abortire consuevit cum d[e]bite sex rerum non naturalium regimen [a]nte impregnationem impregnanda ac fortificanda erit. Os vero matricis nimia scilicet propter amplitudinem in causa fuerit qualiter cohartandum ac superflue humiditatis qualiter evacuande sint in capitulo de cura difficultatis impregnationis ab humiditate flegmatica provenientis supra te docui. De siccitate [aut] frigiditate aut caliditate superfluis quarum ex causa fetus conceptus debilitatur et aborsus inde consequitur supra in propriis ca[pituli]s curam invenes. De multiplicante ventositate tanta scilicet ut aborsus inde fit in proximo capitulo ad hoc propositum facienta dicta sunt plurima et adhuc in present

^a *de*: ante corr.: *e*

^b *provocandus*: ante corr.: *pronotandus*

^c *Secundam*: ante corr.: *Secuudam*

nonnulla describentur. De ulceribus apostematibus fluxu sanguinis superfluo aliquaque matricis egritudinibus propriis capitulis habuisti curam supra. Et sic patet que consueverit abortire mulier ante impregnationem ut amplius non abortiat qualiter regenda sit. Nunc autem superest ut ea impregnata [*f. e5ra*] ab aborsu custodiatur propter quod aerem temperatum^a inhabitet exercitum et in primis tribus mensibus maxime moderatum faciet. Laboriose enim exercitio ligamenta cum adhuc debilia sint rumpuntur facile. Somnus preterea sibi temperatus convenit. Ventris etiam quaque die beneficium ut habeat procuret quod ut ubi nam ad hoc rebellis fuerit clistere ex brodio pulli cassia pulvere zucri et oleo communi fiat aut per os cassiam seu mannam cum brodio pulli dissolutam exhibe vel ex his cum zucro bolum deauratum confice quod adhuc delicatus erit. Et in tribus primis mensibus ligamentorum propter debilitatem medicinam laboriosam ne exhibeas cave ubi tamen flebothomia opus esset basilicam cephalicam nigram aut salvatellam audacter incidere facias sed ab inde supra eam fieri fetui cum nutrimentum subripere execrabile esset tamen ac facile tunc formatum materie propter furiositatem aut necessitas alia ad hoc ubi te conpelleret in quarto quinto sexto mense secure exhiberi potest. Circa autem accidentia timor tristitia ac ira ab ea alienetur omnino et improvise quod ingens et immoderatum gaudium induceret nuntietur ei nunquam. Ab coitu abstineat et in tribus primis mensibus p[ot]issime. Preciosos lapides supra se deferat et maxime saphirum iacinctum corallum corniolam dyamantem et turcesiam et hii duo inter alios principatum tenent. Cibaria eius temperate^b sint et acuta omnia vitet ut porrum alleum cepe sinapis et talia vitet etiam provocantia menstrua omnia ut faseolos cicera rubea petrocilii et similia. Fructibus autem tam qua in prima quam in secundo mense veniunt potest uti temperate. Sed quicquid ardenter appetat in totum illud^c ei prohibendum non erit abortum enim ob hoc incurreret facile. Summopere igitur cavendum erit comedibile quod haberi nequid aut cum difficultate ne in eis coram nominetur et sic cum rem que difficulter haberi potest appetunt cum verbis [*f. e5rb*] stomachantibus ea sed nominanda erunt et ab hoc in abominationem veniat si fieri potest aut dicunt eam si comederit periculum incurreret grande. Cum istis igitur et consimilibus a tali proposito divertenda erit. Impregnante corrupte materie detinentur plurime que ad stomachum fluentes nauseam vomitum ac appetitum corruptum inducunt. Earum preterea fumi ad caput si ascendunt scothomiam vertiginem ac consimiles cerebri passiones generant. Si ad cor pulsus tremorem sepe ac sincopim et talia verum interdum humores hii gravitate sua ad tibias et pedes descendunt et eo mirum in

^a *temperatum*: ante corr.: *temporatum*

^b *temperate*: ante corr.: *temporata*

^c *illud*: ante corr.: *iliud*

modum tumefaciunt ut igitur a talibus eam conserves. De confortatione stomaci primo sollicitus sis opet facias ergo sic. Rx olei de spica 3 1 olei masticis olei citoniorum ana 3 1/2 pulverum corallorum rubeorum gariofili mente sicce calami aromatici gallie muscate ana 3 1/2. Et ubi musci odorem non abhorreret adde grana 1 et cum pauca cera ungentum fiat quo ante prandium stomachus ungatur petiam calidam desuper ponendo semper deinde dyamargaritonis secundum Avicenna 21^a tertii in de regimine universalis pregnantis descriptione¹ bolum unum accipiat. Aut infrascripte mixture coclearum unum que Rx conserve rosarum buglossae et borraginis ana 3 1/2 dyamargaritionis 3 4 margaritarum 3 2 fragmentorum lapidum preciosorum 3 1 corallorum rubeorum 3 2 fiat mixtura et deauretur et quia aborsus in tribus primis mensibus ut inquit Abolai filius fit a ventositate plurimi in cibariis suis speciebus utere que Rx cinamomi electi 3 1 gariofilorum^a nucis muscate cardamomi ana 3 2 zinzibri 3 1/2 piperis 3 1 crocis 3 1/2 fiat pulvis quo utetur.² Ventositas autem ubi multiplicetur sic ut aborsus timorem causet dyagalanga dyatrione piperon dyacimino ac consimilibus pregnans uti debet et venter ac ylia ex oleo de lilio conposito perungenda sunt ut autem ad caput vaporum ascensus prohibeatur **[f. e5va]** fructus stipticos ut pira coctana nespilla et similia in fine pastus semper assumat aut de coriandris^b confectis seu dyacitonit et in hoc casu ab Avicenna sinapis laudatur³ multum et breviter inscisiva valent omnia ea de re cum modico aceto et prescriptis speciebus carnes sue condiente erunt et eo in casu in ipsarum salis non pretermittas acetum unum autem aut duo aque vitis coclearia in ieuno date singularissimum adinveni. Et in hoc casu cibaria eius [po]tius esse assa debent cum quibus odorifera aliqua semper miscendi sunt. In secunda mensa avellane huste aliqualiter convenient multum vinum earum sit rubeum clarum odoriferum limphatum debite.

Ad tibiarum autem et pedum inflationem removendam coquantur caules in vino et aceto et ex eis tibiae ac pedes emplaustrentur vel chimolea^c cum aqua ferrariorum dissoluta aceti parum

¹ 'Dyamargariton' is een electuarium met parels. De bereiding volgens Avicenna is als volgt: 'Medicine vero earum sint sicut electuarium cuius descriptio. Rx margaritarum non perforatarum piretri amborum ana 3 1 zinziberis et masticis amborum ana 3 4 zedoarie doronici seminis apii capsie cardamomi nucis muschate macis cinnami omnium 3 2 been albi been rubei piperis macropiperis omnium ana 3 3 cinamomi 3 5 zuchari sulimeni quantum omnia et plus cuius dosis sit cochlearium unum' (Avicenna, *Canon medicinae liber III* fen XXI, tract. II, cap. II (f. t3va-b)).

² De editeur is er niet in geslaagd deze verwijzing naar Avicenna te traceren.

³ De editeur is er niet in geslaagd deze verwijzing naar Avicenna te traceren.

^a *gariofilorum*: ante corr.: *gariofilorum*

^b *coriandris*: ante corr.: *coriandis*

^c *chimolea*: ante corr.: *climolea*

addito vel accipe oleum rosarum acetum et chimoleam^a et simul agita vel oleum rosarum et acetum simul.

Alia ego Serapionis documento papirum¹ in aceto infusam superposui et in duobus diebus bona mulier que ambulari nequiebat curata est. Idem emplaustrum draganee ex foliis faceret aut fomentatio ex vino et aceto decoctionis rasure cornu cervi. Si vero propter renum aut dorsi debilitatem timueris. Caliditas ubi dominetur quod ex urina comprehendes ex infrascripto ungendo renes leniter perungantur quod Rx olei mirillorum ʒ 1½ olei rosarum olei masticis succi plantaginis aut sempervive^b ana ʒ ½ pulverum boli Armeni terre sigillate ordei cremati sandalorum rubeorum rosarum rubearum acatie mirillorum ypoquistidos berberis ana ʒ ½ cere parum et fiat ungentum cum quo postea aceti parum incorporetur^c unctione facta per dies aliquot cum it dormitum facta super renes cerotum infrascriptum deferat quod Rx masticis ʒ ½ laudani ʒ 3 cere citrine ʒ 2 bistorte nucum ci[pre]ssi ypoquistide acacie sanguinis draconis terre sigillate rosarum [*f. e5vb*] rubearum boliar ana ʒ 1½ fiat cerotum sic quod super coreo possint extendi addendo ubi opus esset parum olei mirillorum vel terbentine ubi se tenere non valeret.

Si vero frigiditate dominante illa debilitas affuerit ungentum illud dimittat et prescripti loco ceroti hoc utatur quod Rx masticis ʒ 6 laudani ʒ 3½ cere citrine colofonie picis navalis storaris calamite ana ʒ 1½ nucum cipressi mente galange bistorte gallie muscate thuris galbani gummi Arabici mirre ana ʒ 1½ fiat cerotum addendo ubi opus sit terbentine quantum sufficit. Cumque sub aliquo ex cerotis istis pruritum senserit amoveatur et illud ad dies aliquot iterum deponatur. In tali casu renes lapsos confortando valent cerota ista mirabiliter ut sum expertus. Et in hoc finit capitulum de causis et signis aborsus et preservatione ab eodem et de ipsis impregnantis regimine.

Capitulum 34^m. De modo aborsis provocandi.

[U]bi interior timor aut fetus propter mortem quod ex signis in capitulo precedenti descriptum comprehendes facile aborsum provocare necesse fit. Fac prout statim ordinate^d describam. Primo accipe vitis albe camomille artistologie longa paritarie salvie savine radicum filicis

¹ De editeur is er niet in geslaagd deze verwijzing naar Serapion de Oudere of Serapion de Jongere te traceren.

^a *chimoleam*: ante corr.: *climoleam*

^b *sempervive*: ante corr. *semperninea*

^c *incorporetur*: ante corr.: *incorparetur*

^d *ordinate*: ante corr.: *ordiate*

ciperi ana M 2 bismalve cum radicibus M 6 fenugrece seminis lini ana ℥ 2 conquassentur et decoctio fiat ex eis in qua sacculus et arthemisia et cinamomo agresti plenus buliat quam in eucatismate sedens mulier super femur teneat et in eo pro libito moram faciat. Cumque ab eo egreditur lectum intret et ante et retro ex ungento hoc ungatur quod R olei amigdalarum dulcium ȝ 1 olei de lilio mucillaginis altea^a mucillaginis lini medulle cruris vitule butiri sine sale ana ȝ 2 cere albi parum et fiat ungentum. Unctione facta de quovis eorum simplicium aut compositorum que describentur cum lacte seu decoctione seminis lini aut savine [*f. e6ra*] seu cum lacte canis cum vino et melle mixto que principatum in casu isto optinent in potu tribue vel cum aliqua ex infrascriptis^b decoctionibus quarum prima R pulegii savine salvie saturegie arthemisie bethonice thimi iuniperi ana quartam partem M unius seminis lini fenugreci ana ȝ 1/2 anisi ȝ 2 ficuum siccarum numero 4 decoctio ex his cum vino diuretico fiat vel fac decoctionem ex aqua ruthe dactillis oleo de fenugrece addito vel da illa cum succo verbene aqua frigida mixto quia is per se aborsum provocat vel facias sic R origani rute ana M 1/2 ficuum siccarum^c numero 4 fenugreci seminis lini ana ȝ 1/2 ex quibus conquassatis cum vino decoctionem facito vel aliter accipe arthemisie nasturcii pulegii camedreos camomille saturegie ana quartam partem unius^d seminis lini rubee tinctorum ana ȝ 1/2 ficcum siccarum numero 4 ex quibus conquassatis ut supra decoctio fiat. Simplicia in hoc casu volentia maxime que cum quavis ex prescriptis in potu sumi debent sunt diptanus capillus veneris verbena menta semen aneti betonica folia iuniperi ossa stercus caprarum daucus mirra radices narcisci^e lupulus saturegia savina ruta pullegium thimus siseleos sinsibrium prassium cortices aut radices lauri amoniaccum cortices cassie fistule borax semen ruthe agrestis fel equi aut tauri cassia lignea semen aut radices tragentea gummi olivarum castoreum gentiana succus porri et cordumenum. Singulum enim istorum cum aliquo ex descriptis potalibus sumptum in hoc casu valet mirabiliter. Ex his autorum plurimi mixtiones plures faciunt inter quas Abolai filius aliqua describit. Quarum prima R asse ȝ 1/2 ruthe sicce ȝ 3 mirrhe ȝ 2 fiat pulvis vel aliter R aristologie longe gentiarum^f baccarum lauri mirre costi cassie lignee rubee tinctorum cordomom piperis diptani ana partes equales fiat [*f. e6rb*] pulvis vel facias sic R cinamomi

^a *altea*: ante corr.: *alter*

^b *infrascriptis*: ante corr.: *ifrascritis*

^c *siccarum*: ante corr.: *ficcarum*

^d Maateenheid ontbreekt. Franciscus Bobiensis paste de passage voor de gedrukte uitgave van 1488 aan tot 'quartam partem M unius'. Dit blijft tot en met de laatste uitgave ongewijzigd.

^e *narcisci*: ante corr.: *narasci*

^f *gentianum*: ante corr.: *gentiarum*

cardumeni savine ana ȝ 2½ mirre ȝ 4 ex his pulvis fiat.¹ Alias ego ȝ 1 usque ad 2 pillulis
 infrascriptatum cum ȝ 2 vini calidi decoctionis seminis iuniperi potu tribue que R diptani
 mirre seminis rute agrestis boracis castorei asse armoniaci^a rubee tinctorum croci cassie lignee
 cinamomi ana ȝ 1 cum succi roris marini aut saturegie pillule fiant vel facias sic accipe
 fructus savine ȝ 2½ ruthe sicce seminis rute silvestris ana ȝ 3 asse fetide rubee tinctorum
 armoniaci ana ȝ 1 cum succo rute pillulas confice. Potest tamen ex his si libet pulverem facere
 et cum aliqua ex prescriptis decoctionibus exhibere vel da pulveris cancrorum radices lappacii
 et ruthe ana partes equales vel accipe radicum aristologie longe ȝ 2 piperis mirre ana ȝ 1 fiat
 pulvis vel medicamen vetule ab autoribus tamen descriptum cum quo me presente pregnante 6
 mensium mortuum fetum statim abortire fecit ut accipe vitellos duos ovorum et cum modico
 vini pulveris cinum [rute] et aneti parum buliant et calidum in potu tribue. Nota tamen quod in
 istis mixtionibus et in quibuscunque aliis bonum est ut cinamomum non pretermittas unquam.
 Quia ut inquit Abolai filius nauseam in talibus sedat.² In potu ergo quovis ex dictis dato
 suffumigium ex infrascriptum per embotum fiat statim aliquot^b ut ex ungula asini aut equi seu
 ex ipsorum fimo^c aut oculo salici piscis et ista inter cetera suffumigia principatum optinent.
 Ex quovis tamen infrascriptorum suffumigium quoque valet ut carvi agrestis galbani gummi
 olivarum fimi^d aquile laudani corticum pini et savine vel facias sic R galbanum aut mirram et
 fel tauri incorpora omnia simul et ut supra suffumigium facito. Si tam suffumigia quam
 prescripta alia diligenter et ordinate facta non contulerint aristologia longa in vino et oleo
 decoquantur et ex his muliebria fomententur. *[f. e6va]* Aut ex oleo in quo peonie semen
 coctum sit et deinde ex cinere asine ungule salipizetur^e postea ex quovis infrascriptorum
 nascale fieri facias ut ex radice aristologie longe pastinaco silvestri radice filicis^f foliis

¹ Avicenna, *Canon medicinae liber III* fen XXI, tract. II, cap. XII (f. t5ra): 'Quod R asse pondus ȝ 5 et foliorum
 rute sicce ȝ 3 myrre ȝ 2 et est dosis 1 sumatur in potu cum decoctione savine dosis una in mane et dosis 1 in
 vesperis: aut sumatur aristologia longa et gentiane et baccarum lauri: et myrre et costi marini et cassielignee
 nigre et rubee tincture et succi apsinthii et cordumeni recentis acuti et piperis et meseatramesa etiam partes
 equales de quo bibatur omni die aur. 9 diebus. Et de medicinis bonis facientibus abortum cum facilitate cum
 sedatione nausee est illud quod R cinnamomi et cordumeni et savine omnium ana ȝ 10 myrrhe ȝ 5 et sit dosis
 eius ȝ 3 omne die et alleviatur cum hoc mundificatio enixa et exitus secundine.'

² Ibid. cap. XII (f. t4vb): 'Et ex medinis [sic] bonis est cinamomum quum permiscetur cum rubea. Ipsum enim
 abortiri facit fetus bibitum: aut supositum et cum hoc sedat nauseam.'

^a *armoniaci*: ante corr.: *armoiaci*

^b *aliquot*: ante corr.: *aliouot*

^c *fimo*: ante corr.: *funo*

^d *fimi*: ante corr.: *funi*

^e *salipizetur*: ante corr.: *silapizetur*

^f *filicis*: ante corr.: *silicis*

calamenti succo centauree minoris succo artanite et est violentissimus immo si ex eo venter emplaustretur vivum aut mortuum in brevi eicit fetum. Et quod plus est pregnans super radices nudis pedibus perambulans ut Bibikil capitulo de partu¹ inquit aborsum facit quanto magis si ex radice seu ex succo nascale seu pessarium fiat. Ex coloquintida quoque aut ex galbano radice serpentarie seu elleboro nigro nascale si fiat aborsum statim provocat. Infrascripta vero omnia preterea nascalizata abortire faciunt ut radix yreos hysopus humida vitis alba assa fetida galbanum aspaltum borax cum succo centrumgalli calamentum castoreum succus centauree minoris gentiana cum succo arthemisie succus cucumeris asinini cum felle thauri lana succida folia matris silve fel leporis cum succo porri opononacum cum oleo de lilio succus savine succus porri cum croco serapinum scamonea radix viticelle fel tauri solum est balsamum. Dicit tamen hic bonus Anglicus quod suppositum balsamum mulierum sterilizat² quod tamen non credo. Nam quidam medici Papiensis domine mee cum e partu graviter laboraret sic ut de vita spes haberetur pauca cum vino malvatico balsamum tribuerunt protestantes^a tamen eam amplius non concipere sumpto balsamo gemellos mortuos in brevi peperit et sic mortem evacuant quo non obstante ut ante pluries concepit. Et ex illo concludo quod suppositum balsamum sterilizare non debet ut Anglicus et alii autores referunt aliqua ex quo bibitum non sterilizat.

Ad propositum tamen redeundo ex pulveribus eorum que scripta sunt extrahi succi possunt et tu illa que pulverisantur ubi eis uti [*f. e6vb*] volveris cum aliquo ex eis misce et nascale facito. Potest similiter ex his ut patet pessaria facere que multum in hoc casu convenient et tu ubi nascale non contulerit facias si libet. Amplia igitur fantasiam et non solum ex prescriptis uno sed ex pluribus nascale seu pessarium pro libito facias sicut veteres quidam fecerunt ut filius Abolai 21^a tertii. Pessarium infrascriptum fetum mortuum statim exire facit ut ait R ellebori nigri staphisagrie aristologie ro.^b artanite granorum almezereon pulpe colloquintide armoniaci ana partes equeales terantur omnia preter armoniacum quod cum aqua dissolvatur cum aqua aggregentur cetera ex quibus postea pessarium fiet vel fiat ex armoniaco mirra cum felle tauri³ et opononaco et elleboro nigro cum aliquo ex a propriato

¹ De editeur is er niet in geslaagd deze auteur met zekerheid te identificeren. Waarschijnlijk verwijst Guaineri naar diens *Parvus continens*.

² Gilbertus Anglicus, *Compendium medicinae* lib. VII, cap. 'De difficultate pariendi' (f. 307ra): 'Si autem sincopizet apponantur aromatica naribus et fiant mordicative fricationes circa extrema manuum et pede, balsamum suppositum secundinam et fetum mortuum expellit, sed sterilem facit mulierem.'

³ Avicenna, *Canon medicinae liber III* fen XXI, tract. II, cap. XII (f. t5ra): 'R helleborum nigrum et staphisagriam et aristologiam ro. et buchormarien en grana almezerion et pulpam colloquintide et ammoniacum terantur omnia

^a *protestantes*: ante corr.: *protestantess*

^b *aristologie ro.*: verschillende lezingen mogelijk (zie onder orthografie).

succo. Et ex prescriptis pluribus ut patet pessaria fieri possent que in hoc casu convenienter multum et tu illa facies ubi libet. Et sic habes ordinate medicinalia omnia que aborsum tam mortui quam vivi fetus provocant. Ex illorum quodlibet se solo illud efficit ut quotidie experientia monstrat quanto ergo magis si simul omnia ordinate fiant prout supra te docui. Cum uncinis fetum extrahendi modum dominis cyrurgicis derelinquo. Cuius doctrinam si videre cupis filium Abolai 21^a tertii que illam plenarie describit¹ querito et hoc huius capituli finis esto.

Capitulum trigesimum quintum. De partus difficultate.

[C]um capite primo^a et extensis super latera brachiis et manibus super coxis in 7° 9° 10° 11° mense fetus si ad lucem venerit talem partum naturalem dicimus. In naturalem autem si ex his conditionibus tactis aliqua defecat sed tam naturalis quam non naturalis primo cum ipse non in suo tempore fiat aut cum aliter quam [secun]dum figuram tactam fetus egrediatur et quod tam naturali quam non naturali commune est difficultatur partus [*f. e7ra*] matricis os propter etatem seu alicuius propter quamvis causam strictum sit nimis aut delicata seu pavida naturaliter aut quia abruptis panniculis que fetus lubricum reddere debebat egressa humiditas sic remanente fetu ex parte vero fetus debilitatis cum ipse quavis causa debilis non valet ad exitum iuvare se aut quia plus quam satis grossus sit vel caput excessive habeat et omnia ista frigiditate nimia meatus constipante confortantur et etiam ut sepe fit si propter aborsus prohibitionem restrictiva aliqua renibus aut pectini applicata fuerint. Caliditas enim superflua calorem naturalem resolvens ad hoc sequitur adiuvat. Et in summa difficultatis^b partus cause iste sunt quamobrem mulieres et delicate maxime in suis partibus medicos ad se vocant sepe pro quo scito quod dolores si subito satis paritaram invaserint que circa pectinem eam molestant graviter et incessanter partus ille brevis erit ac facilis et adhuc ubi masculus fuerit facilior. Seb ubi dolores languentes per ventrem et super pectinam remissi pererraverint et in posterioribus quam magis ut plurim partus laboriosus erit. Pro quo circa paritaram tibi sollicitudo habenda est maior. Predicta igitur diligenter considera omnia et si respectu temporis partus innaturalis difficulter quomodo enim succurrendum sit statim habebis ac in capitulo proximo ad hoc propositum descripta sunt plurima. Si vero respectu fetus et tu

preter ammoniacum. Ipsum nanque resolutur in aqua et aggregentur cum eo reliqua, et quandoque ponitur cum eo fellis taurini exiccitate pars 1 et fit ex eis pessarium.

¹ Avicenna, *Canon medicinae liber III* fen XXI, tract. II, cap. XII-XIV (f. t4vb-t5rb).

^a *primo*: ante corr.: *pmo*

^b *difficultatis*: ante corr.: *difficultas*

prudentem obstetricem habeas cuius manus gratales et digitus longi sint et ea suaviter oleo de lilio manibus inunctis fetum in debita figura reponat quod si grossitudine totius capitis partis difficultetur cum oleo tacto piguedine galline seu mucillaginibus aliquibus matricis collum humectet ac eius os dilatet suaviter. Verbis etiam hortatoriis pauperculam parientem conforta et prestat ubi piguis ea sit quod suam sepe faciem genibus versus ventrem tractis sic tuetur et si ante partum mulierem hanc ex his [*f. e7rb*] que difficulter pareunt sciveris per aliquot dies ante partum solito exercitium faciat fortius per gradus non nunquam descendat et ante cenam coriset audacter deinde eucatismate tali mane iejuna intret quod $\frac{1}{2}$ bismalve cum radicibus M 6 malve camomille melliloti apii ana M 4 foliorum lauri lavendule ana M 2 seminis lini fenugreci ana $\frac{1}{2}$ fiat decoctio in qua mulier a medio infra per dimidiam horam die qualibet ad minus sedeat. A quo cum egreditur ante et retro ex infrascripto ungendo perungatur quod $\frac{1}{2}$ olei amigdallis dulcium $\frac{1}{2}$ piguedinis galline olei de lilio mucillaginis altee ana $\frac{1}{2}$ cere albe parum et fiat ungentum unctione facta duos vitellos ovorum recentium quas cum vino optimo bene agita recipe cum quibus de infrascriptis pulveribus pro libito ponas et tunc calidum simul bulierit calidum in potu tribuas species $\frac{1}{2}$ cinamomi $\frac{1}{2}$ cassie vel croci corticis cassie fistule ana $\frac{1}{2}$ savine betonice^a capillis veneris diptani fenugreci baccarum lauri mente ana $\frac{1}{2}$ ossa de corde cervi $\frac{1}{2}$ zucri $\frac{1}{2}$ fiant species vel cum sorbili ovo pulverem paucedani Serapionis documento exhibe.¹ Ego alias in hoc casu nectar cum zucro et speciebus communibus electis factum in potu dedi et prius bolo uno confectionis infrascripte dato que $\frac{1}{2}$ speciorum inmediate descriptarum $\frac{1}{2}$ zucri $\frac{1}{2}$ cum aqua arthemisie aut melisse zucrum dissolvatur et in morsellis confectio fiat ex quibus pro vice $\frac{1}{2}$ prebe deinde ciatum dimidium prescripti nectaris bibat et tale regimen per dies aliquot ante partus accidentia observandum est. Cum vero accidentia partus instant in aere parituro calido et humido collocetur in cuius domo pira dimittantur nulla teste enim Dyascoride vulvam aperire prohibent quosque super se preciosos lapides habuerit preter quos dicturus sum amoveat eius² et in presentia bonum est ut legenda beate Margarete³

¹ De editeur is er niet in geslaagd deze verwijzing naar Serapion de Oudere of Serapion de Jongere te traceren.

² Waarschijnlijk bedoelt Guaineri hier aetitus, een magische steen die ook wel aquilaeus, adelaarssteen of zwangerschapssteen werd genoemd. Dioscorides, *De medicinali materia* lib. V, cap. XCIII (p. 128): 'Aëtitæ lapis est veluti prægnans, cum quatitur, alio in utero sonante: gravidis continet partus, cum lubricæ sunt vulvae et parum tenaces, sinistro brachio alligatus; sed parturientibus e brachio amoveatur, et feminibus alligeatur, ut sine doloribus pariant.' Deze passage is echter niet in elke gedrukte uitgave of moderne vertaling van Dioscorides' *De materia medica* opgenomen.

³ De heilige Margaretha van Antiochië was een martelares uit de vroege vierde eeuw, die tijdens de christenvervolgingen onder keizer Diocletianus om het leven werd gebracht. In haar laatste gebed, ten overstaande van haar beul en de prefect die haar ter dood had veroordeeld, benoemde zij hoe smekelingen haar

^a betonice: ante corr.: betunice

legatur [*f. e7va*] sanctorum reliquias^a super se habeat et breviter quas sciveris ceremonias ut infirme tue ac vetulis applaudas facito tum quo si sortilegicam mulierem aliquam ibidem esse suspicio sit ea pellenda foris erit nam his in partibus ut scias in consimilibus stupenda sunt plurima miraris forsan nonne Ovidius si bene recolo in novo *Methamorphoseos* de Alkimisia Herculis matre recitat quod dum eam accidentia partus infestarent superveniens Lucina cum concathenatis digitis ad genua positis suis cum incantationibus ne parere posset prohibeat.¹ Et esto hec fabula sit veritatis tamen aliquid mihi crede habuit cuius oppositum nihilominus si crederis cum de articulis fidei hec non fit anathomisandus non eris. Aliqui tamen talia fieri non dubitant immo posse fieri forte credebant ut a Plinio^b in *De naturali historia* elici posse videtur. Recitat enim quod si lupinas carnes paritura manducaverit pariet fa[cili]us cum quo si quis presens sit qui carnes illas ediderit adversus eam incantationes noxie non valebunt.² Quanta de male[fi]cio et [d]emonio^c et de incantatione et colli susp[ens]ione veteres philosophi pertractave[rin]t tu ipse scis sed talia ribaldis fratribus ac vetulis sortilegis qui sibi talia revelent omnia dimittenda sunt et unde descensi redire melius est. A diversis autoribus in

voorspraak konden vragen, bijvoorbeeld door een kerk of votiefskaars aan haar te wijden, haar relieken te vereren of haar *vita* te laten voorlezen. Ze voegde eraan toe dat elke vrouw die haar tijdens een risicotvolle bevalling aanriep, het leven zou schenken aan een gezond kind. Na dit gebed klonk een stem uit de hemel, die bevestigde dat haar bede verhoord was.

De cultus van St. Margaretha werd in 12^{de} eeuw in West-Europa geïntroduceerd en groeide uit tot een van de populairste. Haar *vita* werd onder andere verhaald in Jacobus de Voragine's laat dertiende-eeuwse *Legenda aurea*, een verzameling heiligenlevens die na de Bijbel het populairste boek was in de late Middeleeuwen. Uiteindelijk werden in de praktijk de verschillende elementen uit haar *vita* gecombineerd en lieten vrouwen tijdens de bevalling het leven van St. Margaretha aan zich voorlezen om zo haar bescherming af te roepen. Guaineri is overigens niet zo overtuigd van het effect van dit gebruik en ziet het meer als een balsem voor de ziel ('W.R. Larson, 'Who is the master of this narrative? Maternal patronage of the cult of St. Margaret' in: M.C. Erler en M. Kowaleski ed., *Gendering the master narrative: women and power in the Middle Ages* (New York: Cornell University Press 2003) 94-104, aldaar 94-5; idem, 'Three thirteenth-century Lives of St. Margaret of Antioch' in: T. Head ed., *Medieval hagiography: an anthology* (New York: Garland Publishing 2000) 675-708, aldaar 675-6, 683, 690, 691, 704).

¹ Publius Ovidius Naso, *Metamorphoses* lib. IX in: *Opera* (Venetië: Jacobus Rubeus 1474) f. 1r-141v, aldaar 78v-79r r. 292-302:

'Septem ego per noctes totidem cruciata diebus
Fessa malis tendensque ad caelum brachia: magno
Lucinam at nexos partus clamore vocabam.
Illa quidem venit: sed praecorrupta: meumque
Quae donare caput Iunoni vellet iniquae.
Utque meos audit gemitus: subsedit in illa
Ante fores ara, dextroque est poplite levum
Pressa genu, digitisque inter se pectine iunctis
Sustinuit partus, tacita quoque carmina voce
Dixit: et incepitos tenuerunt carmina partus.'

² Plinius Secundus maior, *Historia naturalis* (Venetië: Johannes de Spira 1469) lib. XXVII, cap. LXXI: 'Dolores earum iecur carnes lupi edisse paritris prodest: aut si incipientibus parturire sit iuxta qui ederit adeo ut etiam contra illatas noxias valeat. Eundem vero super ventre perniciosum est.'

^a *reliquias*: ante corr.: *reliquas*

^b *Plinio*: ante corr.: *plurimo*

^c *[d]emonio*: ante corr.: *[d]emenio*

hoc casu a proprieate valere tam extrinsecis quam intrinsecis applicanda reperi multa de quorum proprietate est partum accelerare ac dolores mitigare multum. Et ut a fortioribus initium faciam ex his sinistre coxe alliganda sunt non nulla ut iaspis smaragdus corallus storax calamita contritus et in magdaleone ad modum nucis factus cor galline ipse adhuc palpante radix ozimi simul cum penna yrundinis radix ciclamis et artemisia dragantea vero genibus alliganda erit. Penna autem sinistre ale aquile [*f. e7vb*] seu tota ala aut penna vulturis pariture pedibus apponenda erit. Pede[s] autem cum contrito polipodio emplaustandi lapis aquile sinistro lacerto aligandus unguis nulli sub laborantis camisia portanda et ex rostro porcino serto facto capite imponendum magnes in sinistra ale aquile oleo immersa renes inungendi ac lumbi quoque ex oleo in quo peonie semen coctum sit matricis vero collum ac extrinsecum os cinere ungule asine salipisandum venter ex artemisia in aqua cocta totus emplaustratus et serpentarie flores odorandi. Et ut his que ab extra approximanda veniunt aliquando finem imponanda emplausta suffumigiam nascalia ac pessaria ab autoribus descibuntur multa quorum copia precedens capitulum tibi dabit et si his uti volveris de vita fetus sit tibi cura ea de re facilioribus utere. Avicenna in hoc casu ubi scilicet partus rebellis foret multum docet sic facere. Accipe pulpam colloquintide quam cum succo rute et mirre modico misce et a pectine [a]d umbilicum usque ventrem totum emplausta et est securum satis.¹ Cum tamen remediis aliis tam scriptis quam scribendis in hoc casu maxime appropriatis te copiosum satisfaciam nisi partus gravis ut bene timorosus sit emplastrum hoc et similia dimittere melius puto ne fortitudine ipsorum fetui nocumentum aliquod inferatur esto tutius sit talia exterius emplausta facere quam suffumigia nascalia seu pessaria interius approximare. Ex secundine quoque scissuza ut dictum est humiditates quas natura ad facilitandum partum reservavit interdum fetum remanente effluunt cuius causa partus difficultatur multum. Et eo in casu mulierem pessarizare licet. Facias ergo sic accipe bismalve cum radicibus M 2 arthemisie M 1 fenugreci seminis lini ana ȝ 3 et 10 ficus siccas et decoctione ex his facta de ea accipe [*f. e8ra*] ȝ 4 olei de lilio ȝ 2 cum quibus dissolve granum 1 musci et mulierem pessarisa quia matricem lubricam faciendo partum facilitat. Tempus deinceps est descibere que per interius sumenda sunt quorum copiam veteres fecerunt nobis maximam que in potu sumpta a proprietate quadam partum facilitant ac dolores remittunt multum et ista sunt ut colatura aqua in qua yrundinis nidus dissolutus sit, verbena cum aqua frigida capillus veneris

¹ Avicenna, *Canon medicinae liber III* fen XXI, tract. II, cap. XXXI (f. u1rb): 'De emplastris et epithimatibus. Sumatur decoctio pulpe colloquintide et succus eius qui humida est est melior et misceatur cum ea succus rute et ponatur in ea aliiquid myrrhe et liniatur cum ea pectem usque ad umbilicum.'

cum vino aut sirupo rosati menta betonica seu camomilla cum aqua et melle rasura ossium dactilorum ac fimus anseris falconis vel ancipitris cum vino dulci et ȝ 2 pulveris corticis cassie fistule aut ȝ 1 ad 2 usque pulveris diptani cum seminis lini decoctione et in casu nostro in quovis illo mirabilem effectum invenies laudo enim ut in precedenti capitulo dictum est quod in quibusdam per os sumendis cinamomum non pretermittas. Princeps noster Avicenna qui in hoc casu pauperculis mulieribus compatiens multum familiaria huic convenientia casui descriptis plurima et efficatissima quidem et ut summatim ea referam ex quovis istorum aut ipsorum omnibus seu pluribus decoctio bibenda sit appropriata quippe multum ut ex fenugreco savina pulegio rubea tinctorum lupinis seminis lini camomilla foliis diptani et rubeis faseolis.¹ Si igitur intus vis istorum decoctione corticum cassie fistule ȝ 2 seu radicis diptani pulveris tantumdem miscueris nihil supra habes. Preterea in capitulo precedenti decoctiones alias quam ista non minus ad propositum facientes pulvres quoque et alia non violenta plurima ad quod si libet recurre. In hoc tamen casu tantum his pauperculis mulieribus compatior ut huic capitulo finem imponere nesciam. Et ideo aliqua paucula a nostro bono Avicenna descripta ad hunc subiungam et ibi erit finis. Cum igitur sepe partus sepe rebellis^a ac crudelis fiat mul[f. e8rb]tum ubi prescripta non contulerint cum quavis ex prescriptis decoctionibus infrascriptarum pillularum ȝ 2 prebe ȝ savine ȝ 2 ruta ȝ 4 armel ȝ 1 asse armoniaci rubee tinctorum ana ȝ 2 cum succo ruta pillulas confice vel aliter ȝ savine ȝ 2 asse armoniaci rubee tinctorum ana ȝ ½ pillulas fac ut prius vel facias sic accipe aristologie longe piperis mirre equales partes et ut prius pillulas facito. Iste maxime virtutis sunt non minus tamen iste que ȝ bdellii mirre et savine equales consimiliter partes vel fac electuarium tale quod principatum obtinet ȝ mirre castorei calamente ana ȝ ½ cinamomi et savine ana ȝ 2 mellis dispumati ȝ ½ et electuarium confice cuius cum decoctione aliqua ex dictis aut cum vino calido decoctionis² seminis lini et seminis iuniperi coclear unum exhibe sed cum partus

¹ De editeur is er niet in geslaagd deze verwijzing naar Avicenna te traceren.

² Avicenna, *Canon medicinae liber III* fén XXI, tract. II, cap. XXXI (f. u1ra): 'Pillule alie bone. ȝ savine ȝ 2 et ruta ȝ 5 et granorum harmel ȝ 4 et asse et ammoniaci et rubee omnium ana ȝ 3 fiant ex eis pilule [...] Pillule bone ȝ savine ȝ 2 asse, ammoniaci rubee omnium ana ȝ 5 et sit dosis una. Et item aristologie longe piperis myrrhe omnium equales partes, fiant ex eis pilule et sit dosis ȝ 4 omni die cum ȝ ½ aque lupinorum sunt enim aborum facientes partum alteviantes mundificantes matricem cum fortitudine. Et simile illis in suis dispositionibus est illud quod ȝ bdellii subalbidum myrrham et savinam de quo siant [sic] pillule avellanis similes et biantur quem alleviant partum. Confectio bona valde de qui dicitur quod si equatur ei aliquod ȝ myrrhe et castorei et storacis omnium ana aure 1 cinamomi savine amborum ana aure medium conficiantur cum melle cuius dosis sint duo aure et melius est ut detur in potu cum vino est ei ultima.'

^a *rebellis*: ante corr.: *robellis*

adeo inopportunus foret ut ex his cum nullo^a placari possit a proximo capitulo succursum pete id enim in necessitatibus tibi non deficiet. Cumque dolores inmites et magno cum pondere in pectinem^b partura senserit que eam crudeliter et sine intermissione molestent potenter paupercula clamet et ad celum usque lamentabiles voces^c emittat retentum spiritum sepe inferius comprimat. Et in isto casu cum pipere et oleo tu statui sternutationem provoca et istomodo hec et que scripta ordinate faciendo partum facilitabis et bonam mulierem cum fetu suo dei dono ad salutis portum reduces et sic capitulo huius intentio finitur hic que ad ipsum pertineant preseterit omnia.

Capitulum trigesimum sextum. De extractione secundine.

[S]ecundina est panniculus totum involvens fetum qui contextus venis et arteriis tunicas duas habens matricis venis et arteriis per eas colligatur ut pro venas illas sanguinem fetum nutriturum attrahat et attractum per umbilicalem venam immittat et per arterias aerem *[f. e8va]* quem quoque per umbilicales arterias trahit ad cor fetus per eius eventatione transmittat. Ex hac descriptione secundine^d de planta ad fetum comparatio quam Galenus in liber *De spermate*¹ posuit clare patet mediante enim radice et qui ab ea oriuntur villis capillaribus planta solo connectitur a quo nutrimentum per ipsos villos sibi trahit sic fetus per venas in secundina seminatas et arterias matrici colligatur ad sibi per eas alimenta sugit. Est et alias ab illo panniculus a filio Abolai biley qui nuncupatur.² Item ab umbilicali vena ac vaso quodam per quod sibi fetus urinam mandat^e ortum trahit qui plicas in modum rugate vestes plurimas habens ac anifr[a]ctus in quibus urina fetus ad eum missa reconditur ab umbilico infra fetum ipsum totum involvit. Est et item panniculus tres ab eas nomine membrane subtilissime similis qui immediate fetus attingens ipsum totum circumdat et in se humiditates sudorales fetus recondit omnes. Sed si deus te adiuvet de isto panniculo ab eo trupham audi queso. His proximis diebus zelotipi quendam fratrem minorem de uxore suspicio erat sic ut ipsa ad beati

¹ Galenus bespreekt deze vergelijking in *De spermate* (= *De semine*) cap. VI, getiteld 'In quo ex analogia generationis animalis ad plantas ostendit quod sperma virile tenet naturam principii' (*Opera omnia* (Lyons: s.n. 1528) f. 56rb-64rb, aldaar f. 58r).

² Avicenna, *Canon medicinae liber III* fen XXI, tract. I, cap. II (f. t5va): 'Amplius fetus continetur tribus panniculis scilicet secundina que est panniculus comprehendens ipsum in quo contextuntur vene ex transverso cuius pulsatiles dividuntur in duas venas et eius quiete in venam unam et nominatur biles et est involutus et effunditur ad ipsum urina fetus.'

^a *nullo*: ante corr.: *nulio*

^b *pectinem*: ante corr.: *pectine in*

^c *voces*: id est: *vocet*

^d *secundine*: ante corr.: *secuudine*

^e *mandat*: ante corr.: *mandut*

Francisci ecclesiam ire auderet nequaquam pregnans facta ab eo panniculo fetum involutum ut plerumque accidit peperit mulier vero quedam puerum natum tristi zelotipo nuntiatum it et devoto parvulo gaudium sperans adiungere bene fortunatus inquit erit cum minorum more ad lucem indutus devenerit mulieres plurime ut sic scias ab ea vestitum infantem nasci ad bonum omnem putant. Infelix zelotipus ille sic ab ea vestitum infantem cum audivit statim a minore fratre genitum pensavit pacientia tamen omni extincta puerum rapiens de eo terram protinus allibere volebat ^a astantibus prohibitum fuisset. Is tristis rabiem inducentem evomere non valens puerperam miseram invadit^b et tantum [*f. e8vb*] eam pugnis ac calcibus multavit ut vocatus ad vitam pene reducere eam potuerim. Alia cum filium habuissest nunquam me consultit et oportunis remediis adhibitis pregnans facta vestitum ab ea infantulum peperit quod in ventre minorum habitum assumpsisse miraculose cum crederet habito^c illo eum induit et innocentem tandem asperam minorum obedientiam religavit.

Tu igitur ubi opus esset pauperulas mulieres excusato et talium vulgarium corruptam fantasiam remove. Sed his vulgaribus in pace dimissis unde discessi redeam. Sepe secundina matrici collicata removetur fetus nascitur plerumque^d difficulter extrahitur que intus manet putrescit non nunquam et eius putrefactione interiora corrumpit et crudelis mors inde consequitur ea putrefacta a matrice aliquando tamen expelletur et puerpera mortem evadit quia tum in mora periculum est quid facturus sis audi. Cum circa pectinem dolores et pondus ipsa misera presentiat^e maiores et alciores quam in partu voces et lamentationes emittat facito immo ad celum usque spiritum inferius comprimendo retineat sternutatio provocetur^f et supra ventrem cum manu posita matrix inferius comprimatur et ubi fortis fuerit super uno pede retro saliendo incedat quod si in eodem instanti saltus et sternutatio conveniat valet et quantum. Ad ubi his factis ad exitum ubi ea rebellis esset a capitulo de causis mole rem seu de modo aborsus provocandi aut de partibus difficultate succurse pete. Plurima enim que ibidem scripta sunt si feceris ad extrahendam hanc rebellem secundinam tibi suffragium prestab[unt] singulare ut sunt encatismata suffumigia nascalia pessaria potionis pulveres et pillule. Tamen ex his que autores in hoc casu convenire affirmant magis cribravi aliqua et ista ordinate scribere nunc mihi mens est. Et primum quidem est ex foliis et ex virgis allei factum eucatisma. Aut [*f. e9ra*] ex foliis usnen^g quod superlative ab Avicenna

^a *ni*: ante corr.: *in*

^b *invadit*: ante corr.: *ivadit*

^c *habito*: ante corr.: *habi o*

^d *plerumque*: ante corr.: *plerunque*

^e *presentiat*: ante corr.: *persentiat*

^f *provocetur*: ante corr.: *pronocetur*

^g *usnen*: ante corr.: *usuen*

commendatur¹ et est herba vermicularis similis in marinibus litoribus nascens cuius avere fit sed^a aut kali nec istorum alterum virtuosum erit minus si camomillarum seu ebolorum folia in decoctione cum eis addideris valet etiam si matricis collum et eius os ex croco et coagulo leporis illiniveris aut serpentis spolio si cingatur seu rutham arthemisiam et absintium trita si coxa simul alligaveris. Excellens suffumigium ex aliquo istorum fit ut exunguibus equi asine capre vel eius carnibus aut ex fimo equi bovis columborum aut aquile vel ex semine porri allei laudano cortice minoris pini rasina elleboro albi aristologia longa vel nigella vel facias sic et est suffumigium cuiusdam antiqui quod Abolai filius summe laudat accipe rute prassum et abrotanum simul conquassata super quibus tantum olei de lilio proifice² quod coopertum manet totum deinde parum buliant et temperari postea permittantur quorum fumum mulier per embotum recipiat. Nascalia valentia plurimum fiunt ex alleo aspalto assa balsamo stercore ancipitris galbano gentiano serapino scamonea vite alba yreos ysopo humida borace cum succo centrumgalli vel succi diptani quodlibet enim illorum maxime. Pessaria ubi facere volueris ex decoctione allei ea facito aneti cum vino boracis cum succo centrumgalli gentiane cum succo arthemisie aut ex succo diptami.

Et nota hic quod ex quibus nascalia fiunt pessaria quoque fieri possunt dum decoctionibus aut succis dictis modo illa dissolvi aut pessarizari possint. Bibende decoctiones ex infrascriptis sunt ex recentibus rosarum cum qua pulverisata altea postea commiscentur fit ex arthemisia faseolis rubeis prassio sicco abrotano altea pulegio mentastro^b dauco petrosilino politrico mercurialis vel rubea tinctorum. Ex succis vero qui [*f. e9rb*] bibuntur est succus diptami arthemisie politrici petrosili marubei cum melle mercurialis absintii pulegii verbene porri ruthe aut ypericon et inter alios succos in casu isto hii quatuor princi[*p*]atum obtinent. Pulveres summe ad hoc propos[itur] faci[entes] que cum quovis [ex] succis aut de[co]ctionibus tactis summi possunt hii scilicet mirre castorei seminis dauci diptami et pulvis lumbricorum terrestrium et esto au[tores] que dicta sunt in presenti capitulo^c [maxim]e l[au]dant virtuosa non minus in prescriptis capitulis invenies plurima p[uta] pillulas pulvere

¹ Avicenna, *Canon medicinae liber III* fen XXI, tract. II, cap. XVI (f. t5va): 'Ipsa enim in quo libet spatio putrefit et lenitur et cadit, et adiuva te cum diureticis fortibus, et administra ei tinam decoctionis usnem: quoniam facit ipsam cadere.'

² Avicenna, *Canon medicinae liber III* fen XXI, tract. II, cap. XVI (f. t5vb): 'Etiam videtur mihi ut ponantur medicine acute sicut ruta et prassum et abrotanum et oleum de lilio et oleum de alcanna tante quantitatis qua humefiant medicine sicce, aggregetur totum illud in vase novo et cooperiatur caput eius et fiat in eo foramen parvum et intromittatur in foramine canna et ponatur sub eo signis.'

^a *sed*: ante corr.: *sedeex*

^b *mentastro*: ante corr.: *menstastro*

^c *capitulo*: ante corr.: *capituo*

et talia ad [que] si libet recursum habe. Et per hoc huic capitulo mihi finem facere libet.

Capitulum trigesimum septimum. De regimene enixe.

[C]apitulo precedenti postquam finem [dedi ex] propriis mulierum [egri]tudinibus^a que in hoc tractatu describenda forent ali[am] inveni nullam nisi qualiter enixa regenda sit quis forsan vellet ins[cr]ibere sed hoc mihi parum cu[re] erat cum enixe accidens evenire posset nullum cu[i] in precedentibus capitulis pro[v]isum non sit vel [sa]lti[m] tam vi[ro] quam mulieri id commune [er]i[t] cuius dictionem facere huius tractatuli metas excederet quia tamen supra tractatum est qualiter [a] conceptione ad even[t]um usque [...]us^b naturaliter menstrua retinentur et in partu i[psa flu]unt scito quod ubi masculum enixa sit purifi[cat]ionis tempus 30 di[e]rum a[ssi]gnatur maximum^c. Si femellam 40 quorum tamen p[ur]ifi[c]ationis tempus suo tempore mens[tru]orum adequatur vidi plurimas et sic in tris dierum spatio purificatas non nullas novi. Ut ergo de ipsius enixe regimine aliquid dicam illud tamen primo considerandum erit et cuius purificatio^d tarda est et accidentia partus crudelia in prunis diebus di[e]ta tenui utatur in aliis vero non sic. Et ut partus accidentia tangam aliqua ex his sanguinis [r]etentio aut eius fluxus *[f. e9va]* nimius et ulceræ que sepe dilacerare ligamentorum fiunt accidentum et immites dolores aliquando. Et sanguinis retentione vertigines scotomie scincopes febres et universaliter egritudines de repletione provenire^e possunt plurime prout in capitulo de menstruorum retentio scire te feci et in hoc casu flebothomiam ex zaphenis fieri statim iube modo conditiones ad flebothomiam requisite in puerpera sint et successive curam prout illic te docui adhibe. De sanguinis fluxu nimio ac de ulceribus curam in propriis capitulis supra require. Febres voto ubi adfuerint regimen subtilia et aquam ordei in potu dato et postea alia secundum febres exigentiam fac. Doleres cum cathaplasmatibus ac anodinis unctionibus et cum aliis remediis oportunis que communiter medico cuilibet nota sunt mitigandi erunt quo in casu cum vino calido opiatam triferam in potu non nunquam dedi. Dedi et cibi dolor mitissimus perseverarint cum vino^f decoctionis arthemisie calido ana 3 ½ ad 1 usque infrascripti electuarii et istud statim dolorem sedat. R piperis longi seminis iusquiami albi ana 3 10 opii tebaici croci ana 3 5 piretri castorei ana 3 1 ameos baccarum lauri cinum foliorum ruthe siccorum calamenti ana 3 3 margaritarum iacincti ana 3 1 musci fini 3 ½ cum mellis

^a *[egri]tudinibus*: ante corr.: *[egri]tudibus*

^b [...]us: alle latere gedrukte uitgaven: *partus*

^c *maximum*: ante corr.: *maximem*

^d *purificatio*: ante corr.: *prificatio*

^e *provenir*: ante corr.: *proveinre*

^f *vino*: ante corr.: *vinio*

dispumati quantum sufficit fiet electuarium. Eo tamen nisi ad minus mensium sex etatis fuerit usus eius sum nunquam et hec de regimine enixe finis sit volo per quod huic tractaculo finem imponere libet. Et namque quod a principio proposueram divino munere satisfactum puto cum de omnibus mulierem propriis egritudinibus dictio facta sit arbitrer de quo crucifixo Iesu laudes sint infinite. Amen.

Explicit tractatis de propriis mulierum egritudinibus Antonii Guainerii^a Papiensis doctoris.

1474

[f. e10r]

^a *Guainerii*: ante corr.: *Guernerii*